tuus exercebat̄ in iustificationi
bus tuis. Nā ⁊ testimonia tua
meditatio mea est: ⁊ cōsiliū me-
um iustificatiōes tue. Adhesit
pauimēto aīa mea: viuifica me
ꝑm uerbū tuum. Vias meas
enūciaui ⁊ exaudisti me: doce
me iustificationes tuas. Viā
iustificationuz tuarū īstrue me:
⁊ exercebor in mirabilib⁹ tuis.
Dormitauit aīa mea pre tedio
ꝯfirma me in ꝟbis tuis. Viā
iniqtatis amoue a me: ⁊ de lege
tua miserere mei. Viā uerita
tis elegi: iudicia tua nō sum ob
litus. Adhesi testimonijs tuis
dñe: noli me cōfundere. Viā
mādatoꝝ tuoꝝ cucurri: cū dila-
tasti cor meū. Symbolū atha-
Quicunqz vult sal- nasij.
uus esse: ante oīa opus
est ut teneat catholicam fidem.
Quā nisi quisqz integrā īuio-
latāqz seruauerit: absqz dubio
in eternū peribit. Fides autē
catholica hec est: ut vnū deū in
trinitate ⁊ trinitatem in vnitate
ueneremur. Neqz cōfundētes
ꝑsonas: neqz substātiā separan
tes. Alia est enī ꝑsona patris
alia filij: alia spūs scī. Sed pa-
tris ⁊ filij ⁊ spūs scī vna est diui
nitas: eq̄lis gloria coeterna ma
iestas. Qualis pr̄ talis fili⁹: ta-
lis spūs scūs. Increat⁹ pater
īcreat⁹ fili⁹: increat⁹ spūs scūs.
Immēsus pr̄ īmensus filius:
īmensus spūs scūs. Etern⁹ pr̄
etern⁹ fili⁹: etern⁹ spūs sanctus.
Et tñ nō tres eterni: sed vnus
etern⁹. Sicut nō tres increati
nec tres īmēsi: sed vn⁹ īcreat⁹ ⁊
vn⁹ īmensus. Siliter oīpotēs
pr̄ op̄s fili⁹: op̄s spūs scūs. Et
tñ nō tres oīpotētes: sed vnus
op̄s. Ita de⁹ pr̄ de⁹ fili⁹: deus
spūs scūs. Et tñ non tres dij:
sed vnus est de⁹. Ita dñs pr̄
dñs fili⁹: dñs spūs scūs. Et tñ
non tres dñi: sed vnus est dñs.
Quia sic̄ singillatiz vnāquāqz
ꝑsonā deū ac dñm ꝯfiteri chr̄ia
na ueritate cōpellimur: ita tres
deos aut dños dicere catholica
religione ꝓhibemur. Pater a
nullo est fact⁹: nec creat⁹ nec ge
nit⁹. Filius a pr̄e solo est non

fact⁹ nec creat⁹: sed genit⁹. Spi
rit⁹ scūs a p̄re ⁊ filio: nō fact⁹ nec
creat⁹ nec genit⁹: sed ꝓcedens.
Un⁹ ergo p̄r nō tres p̄res: vn⁹
fili⁹ non tres filij: vn⁹ spūs scūs
nō tres spūs sci. Et in hac tri/
nitate nihil pri⁹ aut posteri⁹ ni/
hil mai⁹ aut min⁹: sed tote tres
ꝑsone coeterne sibi sunt ⁊ coeq̄
les. Ita ut per oīa sicut iā sup̄
dictū est: ⁊ vnitas in trinitate ⁊
trinitas in vnitate uenerāda sit
Qui vult ergo saluus eē: ita de
trinitate sentiat. Sed necessa/
riū est ad eternā salutē: ut incar
nationē q̄q; dñi nr̄i iesu christi
fideliter credat. Est ergo fides
recta ut credamus ⁊ ꝯfiteamur:
qꝛ dñs nr̄ iesus chr̄s dei fili⁹ de⁹
⁊ hō est. De⁹ est ex sb̄a p̄ris añ
scl̄a genit⁹: ⁊ hō est ex sb̄stantia
mr̄is in scl̄o natus. Perfectus
deus ꝑfectus hō: ex aīa rōnali ⁊
humana carne sb̄sistēs. Eq̄lis
p̄ri ꝑm diuinitatez: minor patre
ꝑm humanitatē. Qui lꝫ de⁹ sit
⁊ hō: nō duo tñ sed vn⁹ est chri/
st⁹. Un⁹ aūt nō ꝯuersiōe diui
nitatis in carnē: sed assumptiōe
humanitatis in deū. Un⁹ oīno
nō ꝯfusiōe sb̄stātie: sed vnitate
ꝑsone. Nā sicut aīa rōnalis ⁊
caro vnus est hō: ita deus ⁊ hō
vnus est christus. Qui passus
est pro salute nr̄a: descēdit ad in
feros: tertia die resurrexit a mor
tuis. Ascēdit ad celos sedet ad
dexterā dei patris oīpotētis: in
de uenturus est iudicare viuos
⁊ mortuos. Ad cuius aduētuꝫ
oēs hoīes resurgere habēt cum
corpibus suis: ⁊ reddituri sunt
de factis ꝓprijs rōnez. Et qui
bona egerūt ibūt in vitā et̄naꝫ:
qui ꝟo mala in ignē eternum.
Hec est fides catholica quam
nisi q̄sq; fideliter firmiterq; cre/
diderit: saluus esse non poterit.
Añ. Benedicat nos deus pater: cu
stodiat nos iesus christus: illuminet
nos spūs scūs: oībus diebus vite nr̄e
cōfirmet nos virtus christi: interce/
dētibus scīs suis īdulgeat nobis dñs
vniuersa delicta nostra. amē. Cap̄.

Regi seculorum immor/
tali ⁊ īuisibili soli deo ho
nor ⁊ gloria in secula seculoruꝫ
amen. Añ. feriatis diebus. Dñe
exaudi preces seruorū tuorū. Cap̄.

Omnis enī hō q̄cūq; īuo
cauerit nomē dñi saluus
erit in christo iesu dño nr̄o. R̄.
breue. Christe fili dei viui: Misere
re nobis. ℣. Qui sedes ad dexteraꝫ
patris. R̄. Miserere. Gloria p̄ri.
Christe fili. ℣. Exurge dñe adiuua
nos. R̄. Et libera nos propter no/
mē tuū. Kyrieleyson. christel̄. kyriel̄.
Pater noster. ℣. Et ne nos. R̄.
Sed libera nos. ℣. Viuit aīa mea
et laudabit te. R̄. Et iudicia tua.
℣. Errauī sicut ouis que perierat.

℟. Require seruũ tuũ qꝛ mandata tua nõ suꝫ oblitus. Credo in deum. ℣. Carnis resurrectionẽ. ℟. Uitã eternã amẽ. ℣. Dignare dñe die isto. Sine pctõ nos custodire. ℣. Miserere nr̃i dñe. Miserere nr̃i. ℣. Fiat mĩa tua dñe sup nos. Quẽadmodũ spauimus in te. Dñe exaudi orõnẽ meã. Et cla. Dñs vobiscũ. Oro

Domine deꝰ op̃s qui ad p̃ncipiũ huiꝰ diei nos p̃uenire fecisti: tua nos hodie salua virtute: ut in hac die ad nullũ declinemꝰ pctm̃: sed semp ad tuã iusticiã faciẽdã nr̃a ꝓcedãt eloqa dirigãtur cogitationes ⁊ opa. Ueritas tua q̃s dñe sp maneat in cordibꝰ nr̃is: ⁊ oĩs falsitas inimici destruat̃ in nobis p te iesu xp̃e saluator mũdi. Qui in trinitate. Dñs vobiscũ. Bñdicamꝰ dño. ℣. Preciosa in ꝯspectu dñi. ℟. Mors sctõꝝ eius. ℣. Exultabũt sci in gloria. ℟. Letabũtur in cubilibus suis. Oro.

Sancta maria ⁊ oẽs sci intercedãt pro nobis ad dñm: ut nos mereamur ab eo adiuuari ⁊ saluari: q viuit ⁊ reg̃t in secl̃a scl̃oꝝ. ℟. Amẽ. ℣. Deus in adiutoriũ meũ intẽde. ℟. Dñe ad adiuuãdũ me festina. Et sic dicit̃ ter. vltimo adiungit̃ Gl̃ia patri ⁊c̃. Sicut erat. Kyriel̃. Xp̃el̃. Kyriel̃. Pr̃ nr̃. secreto. ℣. Et ne nos. ℟. Sed li. ℣. Respice in seruos tuos dñe ⁊ in opa tua ⁊ dirige filios eorũ. ℟. Et sit splendor dñi dei nostri sup nos: ⁊ opa manuum nr̃arum dirige sup nos: ⁊ opus manuũ nr̃aꝝ dirige. Gl̃ia pr̃i. Sicut erat. Oremus.

Dirigere ⁊ scĩficare regere ⁊ gubernare dignare dñe deꝰ rex celi ⁊ terre: hodie ⁊ q̃tidie corda ⁊ corpa nr̃a: sensus s̃mones ⁊ actꝰ nr̃os in lege tua ⁊ in opibꝰ mãdatoꝝ tuoꝝ: ut hic ⁊ in eternũ te auxiliãte salui et liberi esse mereamur ab oĩ malo. Angelus enĩ scũs tuus comitet̃ nobiscũ ad dirigẽdos pedes nr̃os in viã pacis ⁊ salutis. Dñe deꝰ qui nos in hãc horã post nocturnas caligines incolumes p̃uenire fecisti: salua nos hodie p oĩuꝫ horaꝝ spacia ⁊ p momẽta tẽpoꝝ: ⁊ per tuã magnã misericordiã fac nos semp p̃manere illesos. Per do. Dñs vobiscũ Bñdicamꝰ dño. Fidelium aĩe.

Nunc scẽ Ad tertiã hym. nobis spũs vnũ pr̃i cũ filio: dignare ꝓmptus ingeri nostro refusus pectori. Os lingua mens sensus vigor ꝯfessione p̃sonẽt: flãmescat igne charitas accẽdat ardor ꝓximos. Presta pr̃. Aũ. Adesto deus vnus. Ps.

Legẽ pone mihi dñe viaꝫ iustificationũ tuaꝝ: ⁊ exq̃rã eam semp. Da mihi intellectũ ⁊ scrutabor legẽ tuã: ⁊ cu

He 5

stodiã illam in toto corde meo.
Deduc me in semitã mãdato
rũ tuoꝝ: qz ipsaz volui. Incli
na cor meũ in testimonia tua: et
nõ in auariciã. Auerte oculos
meos ne videãt vanitatẽ: in via
tua viuifica me. Statue seruo
tuo eloquiũ tuũ: in timore tuo.
Amputa opprobriũ meuz qð
suspicat⁹ sum: qz iudicia tua io/
cũda. Ecce cõcupiui mãdata
tua: in equitate tua viuifica me
Et veniat sup me miserico/
dia tua dñe: salutare tuũ ꝑm elo
quiũ tuũ. Et respondebo ex/
probrantib⁹ mihi verbũ: qz spe/
raui in sermonib⁹ tuis. Et ne
auferas de ore meo verbũ veri
tatis vsqz q̃qz: qz in iudicijs tuis
supsperaui. Et custodiã legez
tuã semp: in seculũ et in scl'm scl'i
Et ambulabã in latitudine: qz
mãdata tua exqsiui. Et loque
bar de testimonijs tuis in con/
spectu regũ: et nõ cõfundebar.
Et meditabar in mãdatis tuis
que dilexi. Et leuaui manus
meas ad mãdata tua q̃ dilexi: et
exercebor: in iustificatioib⁹ tuis.

Memor esto verbi ꝑ.
tui seruo tuo: in q̃ mi/
hi spem dedisti. Hec me cõsola
ta est in humilitate mea: qz elo/
quiuz tuũ viuificauit me. Sup
bi inique agebãt vsqz q̃qz: a lege
autẽ tua non declinaui. Me/
mor fui iudicioꝝ tuorũ a seculo
dñe: et cõsolat⁹ suz. Defectio te
nuit me: ꝓ pctõrib⁹ derelinquẽ
tib⁹ legẽ tuã. Cantabiles mihi
erãt iustificationes tue: in loco
pegrinatõis mee. Memor fui
nocte nois tui dñe: et custodiui
legẽ tuam. Hec facta est mihi:
qz iustificatões tuas exquisiui.
Portio mea dñe: dixi custodi/
re legẽ tuã. Deprecat⁹ sum fa
ciẽ tuam in toto corde meo: mi
serere mei ꝑm eloquiuz tuum.
Cogitaui vias meas: et conuerti
pedes meos in testimonia tua.
Parat⁹ sum et nõ suz turbatus
ut custodiã mandata tua. Fu/
nes pctõꝝ circũplexi sunt me: et
legẽ tuã nõ sum oblitus. Me/
dia nocte surgebã ad confitẽdũ
tibi: sup iudicia iustificationis
tue. Participeps ego sum oiuz
timentiũ te: et custodientiũ mã/
data tua. Misericordia tua do
mine plena est terra: iustificati/
ones tuas doce me. ꝑ.

Bonitatẽ fecisti cũ seruo
tuo dñe: ꝑm verbũ tuũ. Bo/
nitatẽ et disciplinã et scientiã doce
me: quia mãdatis tuis credidi.
Priusq̃z humiliarer ego deli/
qui: ꝓpterea eloquiũ tuũ custo/
diui. Bonus es tu: et in bonitate
tua doce me iustificatões tuas.
Multiplicata est sup me iniqui
tas superboꝝ: ego autẽ in toto

corde scrutabor mandata tua. Coagulatuz est sicut lac cor eorum: ego vero legē tuā meditatus sum. Bonū mihi qz humiliasti me: ut discā iustificationes tuas. Bonū mihi lex oris tui: super milia auri ꝛ argenti. Manus tue fecerūt me ꝛ plasmauerunt me: da mihi intellectum ut discam mādata tua. Qui timēt te videbūt me ꝛ letabuntur: qz in uerbo tuo supsperaui. Cognoui dñe qz eqtas iudicia tua: ꝛ in veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua ut cōsoletur me: sm eloquiū tuū suo tuo. Veniāt mihi miserationes tue ꝛ viuā: quia lex tua meditatio mea est. Confundātur supbi qz iniuste iniqtatē fecerūt in me: ego aūt exercebor in mādatis tuis. Conuertant mihi timētes te: ꝛ qui nouerunt testimonia tua. Fiat cor meū imaculatū in iustificationibus tuis: ut nō cōfundar. Añ. Adesto deus vnus oipotēs pr̄ ꝛ filius ꝛ spūs sanctus. Cap̄. de dñica. ℟. Inclina cor meū deus. In testimonia tua. ℣. Auerte oculos meos ne videāt uanitatē: in via tua viuifica me. In testi. Gloria patri. Inclina cor. ℣. Ego dixi dñe miserere mei. ℟. Sana aīam meā qa peccaui tibi. Oro de dñica. In feriali aūt officio añ. Deduc me dñe in semitam mādatoꝝ tuorum.

Capitulum commune. Sana me dñe ꝛ sanabor: saluum me fac ꝛ saluus ero: qm̄ laus mea tu es. ℟. br. Sana animā meā Quia peccaui tibi. ℣. Ego dixi dñe miserere mei. ℣. Adiutor meus es tu ne derelinqs me. ℟. Neqz despicias me deus salutaris meus. Oro ut in dñica. Ad sextā hy.

Rector potēs uerax deus qui temperas rerum vices: splendore mane instruis ꝛ ignibus meridiem. Extingue flammas litium aufer calorem noxium: cōfer salutem corporū uerāqz pacē cordiū. Presta pr̄ pijssime. Añ. Te semp idē eē. ps.

Defecit in salutare tuum aīa mea: ꝛ in uerbuz tuū supsperaui. Defecerunt oculi mei in eloquiuz tuū: dicētes qñ consolaberis me. Quia factus sum sicut uter in pruina: iustificationes tuas nō sum oblitus. Quot sunt dies serui tui: quando facies de persequētibus me iudicium. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non ut lex tua. Omnia mandata tua ueritas: iniqui psecuti sunt me adiuua me. Paulominus cōsumauerūt me in terra: ego aūt nō dereliqui mandata tua. Secundū misericordiā tuā viuifica me: ꝛ custodiaz testimonia oris tui. In eternum dñe: uerbuz

tuuz permanet in celo. In ge
neratione ⁊ generationē ueri/
tas tua: fundasti terrā ⁊ perma/
net. Ordinatione tua perseue
rat dies: qm̄ omnia seruiūt tibi.
Nisi ꝙ lex tua meditatio mea
est: tunc forte perissem in humi
litate mea. In eternū nō obli
uiscar iustificationes tuas: q: in
ipsis viuificasti me. Tuus sum
ego saluū me fac: qm̄ iustificatio
nes tuas exquisiui. Me expe/
ctauerunt peccatores ut perde/
rent me: testimonia tua ītellexi.
Omnis consumationis vidi fi
nē: latū mādatū tuuz nimis. ꝑ.

3 Mem 13.

Quomodo dilexi legē tuā
domine: tota die medi/
tatio mea est. Super inimicos
meos prudētē me fecisti māda/
to tuo: qa in eternum mihi est.
Super oēs docētes me intelle
xi: qa testimonia tua meditatio
mea est. Sup senes intellexi:
q: mādata tua quesiui. Ab om
ni via mala ꝓhibui pedes me/
os: ut custodiā uerba tua. A iu
dicijs tuis nō declinaui: q: tu le
gez posuisti mihi. Quā dulcia
faucib⁹ meis eloqa tua: sup mel
ori meo. A mādatis tuis intel
lexi: ꝓpterea odiui omnē viam
iniqtatis. Lucerna pedib⁹ me
is uerbū tuū: ⁊ lumē semitis me
is. Iuraui ⁊ statui: custodire
iudicia iusticie tue. Humiliat⁹

4 Nun 14.

sum usqzquaqz dñe: viuifica me
ꝑm uerbū tuū. Volūtaria oris
mei bñplacita fac dñe: ⁊ iudicia
tua doce me. Aīa mea in ma/
nib⁹ meis semp: ⁊ legē tuā non
sum oblit⁹. Posuerūt peccato
res laqueuz mihi: ⁊ de mādatis
tuis nō erraui. Hereditate ac/
quisiui testimonia tua in eternū:
quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meum ad faciē
das iustificationes tuas in eter
num: propter retributionē. ꝑ.

Iniquos odio habui: ⁊ le
gē tuā dilexi. Adiutor ⁊
susceptor me⁹ es tu: ⁊ in uerbuz
tuū supersperaui. Declinate a
me maligni: ⁊ scrutabor māda/
ta dei mei. Suscipe me ꝑm elo
quium tuū ⁊ viuam: ⁊ non con
fundas me ab expectatiōe mea.
Adiuua me ⁊ saluus ero: ⁊ me
ditabor in iustificationibus tuis
semper. Spreuisti oēs discedē
tes a iusticijs tuis: q: iniusta co
gitatio eorum. Preuaricantes
reputaui oēs peccatores terre:
ideo dilexi testimonia tua. Cō
fige timore tuo carnes meas: a
iudicijs enim tuis timui. Fe/
ci iudicium ⁊ iusticiam: non tra
das me calūniātibus me. Su/
scipe seruum tuum in bonū: nō
calumnient̄ me superbi. Ocu
li mei defecerunt in salutare tu/
um: ⁊ in eloquium iusticie tue.

5 Samme 15

6 Eyn. 16.

Fac cuz seruo tuo ꝑm miseri/
cordiã tuã: ⁊ iustificatiões tuas
doce me. Seruus tuꝰ suz ego:
da mihi intellectũ ut sciã testi/
monia tua. Tẽpꝰ faciẽdi dñe:
dissipauerunt legẽ tuã. Ideo
dilexi mãdata tua: super auruz
⁊ topazion. Propterea ad oĩa
mandata tua dirigebar: omnẽ
viã iniquã odio habui. Añ. Te
semꝑ idẽ esse viuere ⁊ intelligẽ ꝓfite
mur. Cap̃. de dñica. ℟. In eter/
nũ dñe. Permanet uerbum tuum.
℣. In seculum seculi ueritas tua.
Permanet. ℣. Benedicã dñm in
omni tpe. ℟. Semꝑ laus eiꝰ in ore
meo. In feriali aũt officio añt.
Adiuua me ⁊ saluus ero dñe. Cap̃.
Alter alteriꝰ onera porta
te: ⁊ sic adimplebitis le/
gẽ christi. ℟. bñ. Bñdicã dñm.
In oĩ tpe. ℣. Semꝑ laus eius in
ore meo. In oĩ. ℣. Dñs regit me.
Oro ut s̃. i dñica. Ad nonã hy.
Reruz deus tenax vigor:
ĩmotus in te ꝑmanens:
lucis diurne tpa successibus de
terminãs. Largire claꝝ vespe
qua vita nusq̃z decidat: sed pre
miũ mortis acre ꝑhẽnis instet
gloria. Presta pater pijssime.
Añt. Ex quo omnia. ps.
Mirabilia testimõia tua:
ideo scrutata est ea anima mea
Declaratio sermonũ tuoꝝ illu
minat: ⁊ intellectũ dat paruulis.
Os meũ aperui ⁊ attraxi spm̃:
quia mandata tua desiderabã.
Aspice in me ⁊ miserere mei:
ꝑm iudiciũ diligẽtiũ nomẽ tuũ
Gressus meos dirige ꝑm elo/
quiũ tuum: ⁊ nõ dominet̃ mei
oĩs iniusticia. Redime me a
calũnijs hoĩuz: ut custodiã mã/
data tua. Faciẽ tuaz illumina
sup seruũ tuũ: ⁊ doce me iustifi
cationes tuas. Exitus aquarũ
deduxerũt oculi mei: q: nõ cu/
stodierũt legẽ tuã. Iustus es
dñe: ⁊ rectũ iudiciũ tuũ. Man
dasti iusticiã testimonia tua: et
veritatẽ tuã nimis. Tabesce/
re me fecit zelus meus: q: obli/
ti sunt verba tua inimici mei.
Ignitũ eloquiũ tuũ vehemẽ
ter: ⁊ seruus tuus dilexit illud.
Adolescẽtulus sum ego ⁊ cõ/
tẽptus: iustificationes tuas nõ
suz oblitus. Iusticia tua iusti
cia in eternũ: ⁊ lex tua veritas.
Tribulatio ⁊ angustia inuene
rũt me: mandata tua meditatio
mea est. Equitas testimonia
tua in eternum: intellectum da
mihi ⁊ viuã. Psalmus.
Clamaui in toto corde
exaudi me dñe: iustificationes
tuas requirã. Clamaui ad te
saluũ me fac: ut custodiã mãda
ta tua. Preueni in maturitate
⁊ clamaui: q: in verba tua sup/
spaui. Preuenerunt oculi mei

ad te diluculo: ut meditarer elo
quia tua. Vocē meā audi ꝑm
misericordiā tuā dñe: ⁊ ꝑm iu/
diciū tuū viuifica me. Appro
pinquauerūt ꝑsequētes me ini
quitati: a lege aūt tua longe fa/
cti sūt. Prope es tu dñe: ⁊ oēs
vie tue veritas. Initio cogno
ui de testimonijs tuis: q: in et/
nū fundasti ea. Vide humili/
tatē meā ⁊ eripe me: q: legem
tuā non sum oblitus. Iudica
iudiciū meū ⁊ redime me: pro/
pter eloquiū tuuz viuifica me.
Lōge a peccatoribus salus: q:
iustificatiōes tuas nō exqsierūt
Misericordie tue multe dñe:
ꝑm iudiciuz tuum viuifica me.
Multi qui ꝑsequūtur me ⁊ tri
bulāt me: a testimonijs tuis nō
declinaui. Vidi ꝓuaricātes ⁊
tabescebā: q: eloquia tua nō cu
stodierūt. Vide qm̄ mandata
tua dilexi dñe: in misericordia
tua viuifica me. Principiū ver
boꝝ tuoꝝ veritas: in eternū oīa
iudicia iusticie tue. ps.
Principes persecuti sunt
me gratis: ⁊ a verbis tuis formi
dauit cor meuz. Letabor ego
sup eloqa tua: sicut qui inuenit
spolia multa. Iniqtatē odio
habui: ⁊ abhominat⁹ sum: legē
aūt tuā dilexi. Septies in die
laudē dixi tibi: sup iudicia iusti
cie tue. Pax multa diligētib⁹
legē tuā: ⁊ nō est illis scandalū.
Expectabā salutare tuū dñe:
⁊ mādata tua dilexi. Custodi
uit aīa mea testimonia tua: ⁊ di
lexit ea vehementer. Seruaui
mandata tua ⁊ testimonia tua:
q: oēs vie mee in cōspectu tuo
Appropinquet depcatio mea
in cōspectu tuo dñe: iuxta elo/
quiū tuū da mihi intellectum.
Intret postulatio mea in con
spectu tuo: ꝑm eloquiū tuū eri/
pe me. Eructabūt labia mea
hymnū: cū docueris me iustifi
catiōes tuas. Pronūciabit lin
gua mea eloquiū tuū: quia oīa
mādata tua equitas. Fiat ma
nus tua ut saluet me: qm̄ māda
ta tua elegi. Cōcupiui saluta/
re tuū dñe: ⁊ lex tua meditatio
mea est. Viuet aīa mea ⁊ lau
dabit te: ⁊ iudicia tua adiuua/
būt me. Erraui sic̄ ouis q̄ pijt
quere seruū tuū q: mādata tua
nō sum oblit⁹. Ant. Ex quo oīa
per quē oīa in quo oīa: ipsi gloria in
secula. Cap. de dñica. R. Clama
ui in toto corde meo. Exaudi me do
mine. V. Iustificatiōes tuas requi/
ram. Exaudi. V. Ab occultis meis
mūda me domīe. R. Et ab alienis
parce seruo tuo. Oro ut in dñica
In feriali aūt officio ant. Aspice
in me ⁊ miserere mei dñe. Capl̄m.
Empti enī estis ꝓcio ma/
gno: glorificate ⁊ portate

deuz in corpe uestro. ℟. Redi/
me me dñe. Et miserere mei. ℣. Pes
enim meus stetit in via recta. Et mi/
serē. ℣. Ab occultis. ℣. sup. Ora
tio ut in dñica. Feria secūda iui
tat. Venite exultem⁹ dño.
Ant. Dñs defensor. ps. 26.
Omin⁹ illumiatio mea
z salus mea: quē timebo. Dñs
protecto: vite mee: a quo trepida
bo. Dum appropiant sup me
nocētes: ut edant carnes meas.
Qui tribulāt me inimici mei:
ipsi infirmati sunt z ceciderunt.
Si psistāt aduersus me castra:
nō timebit cor meuz. Si exur/
gat aduersum me plius: in hoc
ego spabo. Unam petij a dño
hāc requrā: ut inhabitē in domo
dñi oibus diebꝰ vite mee. Ut
videā uolūtatē dñi: z visitem tē
plū eius. Qm̄ abscondit me in
tabernaculo suo: in die malorū
protexit me: in abscondito taber/
naculi sui. In petra exaltauit
me: z nūc exaltauit caput meuz
sup inimicos meos. Circuiui
z immolaui in tabnaculo eiꝰ ho/
stiam uociferationis: cantabo z
psalmū dicā dño. Exaudi dñe
uocē meam qua clamaui ad te:
miserere mei z exaudi me. Tibi
dixit cor meū exquisiuit te faci/
es mea: faciē tuaz dñe requram.
Ne auertas faciē tuā a me: ne
declines in ira a puo tuo. Ad/
iutor meꝰ esto ne derelinquas
me: neqz despicias me deꝰ salu
taris meꝰ. Qm̄ pr̄ meus z mr̄
mea dereliquerunt me: dñs au
tē assumpsit me. Legem pone
mihi domine in via tua: z dirī/
ge me in semitā rectā ꝓpter ini
micos meos. Ne tradideris me
in aias tribulātiū me: quōm insur
rexerūt in me testes iniq: z mē
tita est iniqtas sibi. Credo vi/
dere bona dñi: in terra viuētiū.
Expecta dñm viriliter age: z
cōfortet cor tuū: z sustine dñm.
Ad te dñe clama/ ps. 27.
bo deꝰ meus ne sileas a
me: neqn taceas a me: z assimi/
labo: descēdētibꝰ in lacū. Exau/
di dñe uocem deprecationis
mee dū oro ad te: dū extollo ma
nus meas ad tēplū sanctū tuuz.
Ne simul tradas me cū pecca/
toribꝰ: z cū opantibꝰ iniqtatem
ne pdas me. Qui loquūtur pa
cē cū ꝓximo suo: mala autez in
cordibꝰ eoz. Da illis ꝩm opa
eoz: z ꝩm negtiā adinuētionuz
ipsoz. Secūdū opa manuum
eoz tribue illis: redde retribu/
tionē eoz ipsis. Qm̄ nō intelle
xerūt opa dñi: z in opa manuuz
eiꝰ destrues illos: z nō edifica/
bis eos. Benedictus dñs: qm̄ ex/
audiuit uocē deprecatiōis mee.
Dñs adiutor meus z protecto:
meꝰ: z in ipso sperauit cor meū

ꝛ adiutus sum. Et refloruit ca
ro mea: ꝛ ex uoluntate mea cõfi
tebor ei. Dñs fortitudo plebis
sue: ꝛ protector saluationũ christi
sui est. Saluum fac ppl'm tuum
dñe: ꝛ benedic hereditati tue: ꝛ
rege eos ꝛ extolle illos usq; in
eternum. Ant. Dñs defensor vite
mee. Ant. Adorate dominũ. ps. 28.

Afferte dño filij dei: affer
te dño filios arietũ. Af
ferte dño gloriã ꝛ honorẽ: affer
te dño gloriã nomini ei⁹: ado
rate dñm in atrio scõ ei⁹. Vox
dñi sup aq̃s: deus maiestatis ito
nuit: dñs sup aq̃s multas. Vox
dñi in ꝓtute: vox dñi in magni
ficẽtia. Vox dñi cõfringentis
cedros: ꝛ cõfringet dñs cedros
libani. Et cõminuet eas tanq̃
vitulũ libani: ꝛ dilect⁹ quemad
modũ filius vnicornuũ. Vox
dñi itercidẽtis flãmã ignis: vox
dñi cõcutientis desertũ: ꝛ cõmo
uebit dñs desertũ cades. Vox
dñi p̃parãtis ceruos ꝛ revela
bit codẽsa: ꝛ in tẽplo ei⁹ oẽs di
cẽt gloriã. Dñs diluuiũ inha
bitare facit: ꝛ sedebit dñs rex in
eternum. Dñs virtutem po
pulo suo dabit: dominus bene
dicet populo suo in pace. ps. 29.

Exaltabo te dñe q̃m suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. Domine deus meus clamaui ad te: ꝛ sanasti me. Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum. Psallite domino sancti eius: ꝛ cõfitemini memorie sanctitatis eius. Quoniam ira in indignatione eius: ꝛ vita in uoluntate eius. Ad uesperum demorabit fletus: ꝛ ad matutinum leticia. Ego autẽ dixi in habũdãtia mea: nõ mouebor in eternũ. Dñe in uoluntate tua: p̃stitisti decori meo ꝓtutẽ. Auerti sti faciẽ tuã a me: ꝛ factus sum cõturbatus. Ad te dñe clamabo: ꝛ ad deum meum deprecabor. Que utilitas in sanguine meo: dũ descendo in corruptionem. Nunquid cõfitebitur tibi puluis: aut annunciabit ueritatem tuam: Audiuit dñs ꝛ misertus est mei: dñs factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudiũ mihi: p̃scidisti saccum meum ꝛ circundedisti me leticia. Vt cantet tibi gloria mea ꝛ nõ cõpungar: dñe deus meus in eternũ cõfitebor tibi. Ant. Adorate dñm in aula sancta ei⁹. Ant. In tua iusticia. ps. 30.

In te dñe speraui nõ confundar in eternum: in iusticia tua liba me. Inclina ad me aurẽ tuã: accelera ut eruas me. Esto mihi in deũ ꝓtectorẽ ꝛ in domũ refugij ut saluum

me facias. Qm̄ fortitudo mea
⁊ refugiū meū es tu: ⁊ ꝓpter no
mē tuū deduces me ⁊ enutries
me. Educes de laq̄o hoc quē
abscōderūt mihi: qm̄ tu es ꝓte
ctor meus. In man⁹ tuas cō/
mēdo spm̄ meū: redemisti me
dñe de⁹ veritatis. Odisti ob/
seruātes vanitates: superuacue.
Ego aūt in dño speraui: exul/
tabo ⁊ letabor in misericordia
tua. Qm̄ respexisti humilitatē
meā: saluasti de necessitatibus
aīaz meā. Nec cōclusisti me in
manib⁹ inimici: statuisti in loco
spacioso pedes meos. Miserē
mei dñe qm̄ tribulor: cōturbat⁹
est ī ira oculus me⁹ aīa mea ⁊ vē
ter meus. Qm̄ defecit ī dolore
vita mea: ⁊ anni mei in gemiti/
b⁹. Infirmata est in pauptate
ꝟtus mea: ⁊ ossa mea cōturbata
sunt. Sup oēs inimicos meos
fact⁹ sum opprobriū vicinis me
is valde: ⁊ timor notis meis.
Qui videbāt me foras fugerūt
a me: obliuioni dat⁹ sum tanq̄z
mortu⁹ a corde. Fact⁹ sū tanq̄z
vas perditū: qm̄ audiui vitupe
rationē multoꝝ cōmorantiū in
circuitu. In eo dū cōuenirēt
simul aduersuz me: accipe aīaz
meā cōsiliati sunt. Ego aūt in
te speraui dñe: dixi deus meus
es tu: in manib⁹ tuis sortes mee
Eripe me de manu inimico/
rū meoꝝ: ⁊ a ꝑsequentibus me
Illustra faciē tuā super seruū
tuū: saluū me fac in misericordia
tua dñe: nō cōfundar qm̄ inuo/
caui te. Erubescāt ipij ⁊ dedu
cant̄ in infernū: muta fiāt labia
dolosa. Que loquūt̄ aduersus
iustū iniquitatē: in supbia ⁊ in
abusione. Quā magna multi/
tudo dulcedinis tue dñe: quam
abscōdisti timētib⁹ te. Perfe/
cisti eis qui sperāt in te: in con/
spectu filioꝝ hoīuz. Abscōdes
eos in abscōdito faciei tue: a cō
turbatiōe hoīuz. Proteges eos
in tabernaculo tuo: a ꝯtradicti/
one linguaꝝ. Bñdict⁹ dñs qm̄
mirificauit misericordiā suā mi
hi: in ciuitate munita. Ego au
tē dixi in excessu mētis mee: ꝓ/
iectus suz a facie oculoꝝ tuorū.
Ideo exaudisti vocez oronis
mee: dū clamarē ad te. Diligi
te dñm oēs sci ei⁹: qm̄ veritatē
requiret dñs: ⁊ retribuet abun
dāter facientib⁹ supbiā. Viri/
liter agite ⁊ cōfortet̄ cor vestrū:
oēs qui speratis in dño. ps. 31.

Beati quorū remisse sunt
iniquitates: ⁊ quoꝝ tecta
sunt pctā. Btūs vir cui nō īpu
tabit dñs pctm̄: nec est in spū
ei⁹ dolus. Qm̄ tacui inuetera/
uerūt ossa mea: dū clamarē to/
ta die. Qm̄ die ac nocte graua
ta est sup me manus tua: ꝯuer/

ſus ſum in erũña mea dũ conſi
gĩt ſpina. Delictũ meũ cogni
tũ tibi feci: ⁊ iniuſticiã meã nõ
abſcõdi. Dixi ꝓfitebor: aduer
ſus me iniuſticiã meã dño: ⁊ tu
remiſiſti impietatẽ peccati mei.
Pro hac orabit ad te oĩs ſcũs:
in tpe oportuno. Verũtamẽ
in diluuio aquaꝝ multaꝝ: ad eũ
nõ approximabũt. Tu es refu
giũ meũ a tribulatõe que circũ
dedit me: exultatio mea erue
me a circũdãtibꝰ me. Intelle
ctũ tibi dabo ⁊ inſtruã te: in via
hac qua gradieris firmabo ſup
te oculos meos. Nolite fieri ſi
cut equus ⁊ mulus: quibꝰ non
eſt intellectꝰ. In chamo ⁊ fre
no maxillas eoꝝ cõſtringe: qui
nõ approximant ad te. Multa
flagella pctõris: ſperãtes aũt in
dño miſericordia circundabit.
Letamini in dño ⁊ exultate iu
ſti: ⁊ gloriamini oẽs recti corde.
Aii. In tua iuſticia libera me dñe.

Aii. Rectos decet. ſẽ.32.

Exultate iuſti in dño: re/
ctos decet collaudatio. Con
fitemini dño in cithara: in pſalte
rio decem chordarũ pſallite illi.
Cantate ei cãticũ nouũ: bene
pſallite ei i vociferatiõe. Quia
rectũ eſt verbũ dñi: ⁊ oĩa opera
eiꝰ in fide. Diligit miſericor/
diã ⁊ iudiciũ: miſericordia dñi
plena eſt terra. Verbo dñi ce
li firmati ſunt: ⁊ ſpũ oris eiꝰ oĩs
virtus eoꝝ. Cõgregans ſicut
in vtre aquas maris: ponẽs in
theſauris abyſſos. Timeat do
minũ oĩs terra: ab eo aũt cõmo
ueant oẽs inhabitãtes orbem.
Quĩ ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe
mandauit ⁊ creata ſunt. Dñs
diſſipat cõſilia gentiũ: reprobat
aũt cogitatiões pplorũ: ⁊ repro/
bat ꝓncipũ. Cõſiliũ aũt
dñi in eternũ manet: cogitatio/
nes cordis eiꝰ in generatiõe ⁊
generationẽ. Bta gẽs cuiꝰ eſt
dñs deꝰ eiꝰ: pplus quẽ elegit in
hereditatẽ ſibi. De celo reſpe
xit dñs: vidit oẽs filios hoĩum.
De preparato habitaculo ſuo
reſpexit ſup oẽs qui habitãt ter
rã. Qui finxit ſingillatim cor/
da eoꝝ: qui intelligit oĩa opera
eoꝝ. Non ſaluaꝫ rex p multaꝝ
virtutẽ: ⁊ gigas nõ ſaluabit in
multitudine virtutis ſue. Fal
lax equus ad ſalutẽ: in abũdan
tia aũt virtutis ſue nõ ſaluabit.
Ecce oculi dñi ſup metuẽtes
eũ: ⁊ in eis qui ſperãt ſup mia
eiꝰ. Ut eruat a morte aĩas eo
rũ: ⁊ alat eos in fame. Ania nra
ſuſtinet dñm: quĩ adiutor: ⁊ pte
ctor nr̃ eſt. Quia in eo letabit
cor noſtrũ: ⁊ in noĩe ſcõ eiꝰ ſpe/
rauimꝰ. Fiat miſericordia tua
domine ſup nos: quẽadmoduꝫ
ſperauimus in te. Pſalmꝰ. 33.

Benedicā dñm in omni tpe: semp laus ei⁹ in ore meo. In dño laudabitur aīa mea: audiāt mansueti ⁊ letētur. Magnificate dñm mecum: ⁊ exaltemus nomē ei⁹ in idip̄m. Exqsiui dñm ⁊ exaudiuit me: ⁊ ex oībus tribulationib⁹ meis eripuit me. Accedite ad eū ⁊ illuminamini: ⁊ facies uestre nō ꝯfundent. Iste paup clamauit ⁊ dñs exaudiuit eū: ⁊ de omnib⁹ tribulationib⁹ ei⁹ saluauit eū. Immittit angelus dñi in circuitu timētiuz eum: ⁊ eripiet eos. Gustate ⁊ videte qm̄ suauis est dñs: beatus vir qui spat in eo. Timete dñm oēs sci ei⁹: qm̄ nō est iopia timētibus euz. Diuites eguerūt ⁊ esurierunt: inqrētes aūt dñm nō minuent omni bono. Venite filij audite me: timorē dñi docebo uos. Quis est hō qui vult vitam: diligit dies videre bonos. Prohibe linguā tuā a malo: ⁊ labia tua ne loquant dolū. Diuerte a malo ⁊ fac bonū: inquire pacē ⁊ psequere eā. Oculi dñi sup iustos: ⁊ aures ei⁹ in p̄ces eoꝝ. Vultus aūt dñi sup facientes mala: ut pdat de terra memoriā eoꝝ. Clamauerunt iusti ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ ex oīb⁹ tribulationib⁹ eoꝝ lib̄auit eos. Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde: ⁊ humiles spū saluabit. Multe tribulationes iustoꝝ: ⁊ de oībus his liberauit eos dñs. Custodit dñs oīa ossa eorum: vnū ex his nō cōteret. Mors peccatoꝝ pessima: ⁊ qui oderūt iustū delinquēt. Redimet dominus animas ꝑuoꝝ suoꝝ: ⁊ nō delinquent omnes qui sperant in eo. Añ. Rectos decet collaudatio. Añ. Expugna. ps. 34.

Iudica dñe nocentes me: expugna ipugnātes me. Apprehēde arma ⁊ scutū: ⁊ exurge in adiutorium mihi. Effunde frameā ⁊ ꝯclude aduersus eos qui psequunt me: dic aīe mee salus tua ego suz. Cōfundant ⁊ reuereant: q̄rētes aīam meaz. Auertant retrorsuz ⁊ ꝯfundātur: cogitātes mihi mala. Fiāt tanq̄z puluis añ faciē uēti: ⁊ angelus dñi coartās eos. Fiant vie illoꝝ tenebre ⁊ lubricū: ⁊ angelus dñi psequens eos. Qm̄ g̃tis abscōderūt mihi iteritū laquei sui: supuacue exprobrauerūt aīam meaz. Veniat illi laqueus quē ignorat: ⁊ captio quā abscōdit app̄hēdat eū ⁊ in laq̄uz cadat in idip̄m. Aīa autē mea exultabit in dño: ⁊ delectabitur sup salutari suo. Oīa ossa mea dicēt: dñe qs sil̄is tui? Eripiēs iopē de manu fortioꝝ ei⁹: egenū ⁊ paupez a diripiētib⁹ eū. Sur-

gētes testes iniq: que ignorabā
īterrogabāt me. Retribuebāt
mihi mala pro bonis: sterilitatē
aīe mee. Ego aūt cū mihi mo
lesti eēnt: īduebar cilicio. Hu/
miliabā in ieiunio aīam meā: ⁊
oro mea in sinu meo cōuertet.
Quasi ꝓximū ⁊ q̄si fratrē nr̄m
sic cōplacebā: q̄si lugēs ⁊ ꝯtrista
tus sic humiliabar. Et aduer/
sum me letati sūt ⁊ ꝯuenerūt: cō
gregata sunt sup me flagella ⁊
īgraui. Dissipati sunt nec com
pūcti: tētauerūt me: sb̄sannaue/
rūt me sb̄sannatione: frēduerūt
sup me dētib⁹ suis. Dñe qñ re
spicies restitue aīam meā a ma
lignitate eoꝝ: a leonib⁹ vnicam
meā. Confitebor tibi in eccl̄ia
magna: in ppl̄o g̃ui laudabo te.
Non supgaudeāt mihi qui ad
uersantur mihi inique: qui ode
rūt me gratis ⁊ annuunt oculis.
Qm̄ mihi qdē pacifice loq̄ban
tur: ⁊ in iracūdia terre loquētes
dolos cogitabāt. Et dilataue/
rūt sup me os suū: dixerūt euge
euge viderūt oculi nostri. Vi/
disti dñe ne sileas: dñe ne disce/
das a me. Exurge ⁊ intēde iu
dicio meo: de⁹ me⁹ ⁊ dñs meus
in causaz meā. Iudica me ꝑm
iusticiā tuā dñe de⁹ meus: ⁊ nō
supgaudeāt mihi. Nō dicāt in
cordib⁹ suis euge euge aīe nr̄e:
nec dicāt deuorabim⁹ eū. Eru
bescāt ⁊ reuereant sil: qui g̃tulā
tur malis meis. Induant ꝯfu
siōe ⁊ reuerētia: qui maligna lo
quunt sup me. Exultēt ⁊ letē/
tur qui uolūt iusticiā meā: ⁊ di/
cāt semp magnificet dñs qui uo
lūt pacez serui eius. Et lingua
mea meditabit iusticiā tuā: to/
ta die laudem tuā. ps. 35
Dixit iniust⁹ ut delinq̄t in
semetipo: nō est timor dei ante
oculos ei⁹. Qm̄ dolose egit in
ꝯspcū ei⁹: ut īueniat iniqtas ei⁹
ad odiū. Verba oris ei⁹ iniq/
tas ⁊ dolus: noluit ītelligē ut bñ
agēt. Iniqtatē meditat⁹ est in
cubili suo: astitit oī vie nō bōe:
malitiā aūt nō odiuit. Dñe in
celo misicordia tua: ⁊ ꝟitas tua
usqz ad nubes. Iusticia tua sic
montes dei: iudicia tua abyssus
multa. Hoīes ⁊ iumēta salua/
bis dñe: quēadmoduz multipli/
casti misicordiā tuā de⁹. Filij
aūt hoīuz: in tegmīe alarū tuarū
spabūt. Inebriabunt ab uber
tate dom⁹ tue: ⁊ torrēte uolupta
tis tue potabis eos. Qm̄ apud
te est fons vite: ⁊ in lumine tuo
videbim⁹ lumē. Pretēde mise
ricordiā tuā sciētib⁹ te: ⁊ iusticiā
tuā his qui recto sūt corde. Nō
ueniat mihi pes supbie: ⁊ man⁹
pctōris non moueat me. Ibi
ceciderūt qui opant iniqtatez:
expulsi sunt nec potuerūt stare.

Ant. Expugna impugnantes me.

Ant. Reuela. Psal's.36.

Noli emulari i malignā tib⁹: neq; zelaueris faciētes iniquitatē. Q m̄ tāq̄ fenū velociter arescēt: ⁊ quēadmodū olera herbarū cito decident. Spera in dño ⁊ fac bonitatē: ⁊ inhabita terrā ⁊ pasceris i diuitijs ei⁹ Delectare in dño: ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela dño viā tuā ⁊ spera in eo: ⁊ ip̄e faciet. Et educet quasi lumen iusticiā tuā: ⁊ iudiciū tuū tanq̄ meridiē: subdit⁹ esto dño ⁊ ora eū. Noli emulari in eo q prosperat̄ in via sua: in hoīe faciēte iniusticias. Desine ab ira et derelinque furorē: noli emulari ut maligneris. Q m̄ qui malignant̄ exterminabunt̄: sustinētes aūt dñm ipsi hereditabūt terrā. Et adhuc pusillū ⁊ non erit pctōr: ⁊ queres locū eius ⁊ nō inuenies. Mānsueti aūt hereditabūt terrā: ⁊ delectabunt̄ in multitudine pacis. Obseruabit pctōr iustū: ⁊ stridebit super eū dentib⁹ suis. Dñs aūt irridebit eū: qm̄ ꝓspicit q̄ veniet dies ei⁹. Gladiū euaginauerūt pctōres: intēderunt arcū suū. Ut decipiāt pauperē ⁊ inopem: ut trucidēt rectos corde. Gladi⁹ eoꝝ intret in corda ip̄orū: ⁊ arc⁹ eoꝝ ꝯfringat̄. Meli⁹ est modicū iusto: sup diuitias peccatoꝝ multas. Q m̄ brachia pctōꝝ cōterent̄: cōfirmat aūt iustos dñs. Nouit dñs dies imaculatoꝝ: ⁊ hereditas eoꝝ i eternū erit. Nō cōfundent̄ in tp̄e malo: ⁊ in dieb⁹ famis saturabūtur: q: pctōres peribunt. Inimici ꝟo dñi mox ut honorificati fuerint ⁊ exaltati: deficientes quēadmodū fumus deficient. Mutuabit̄ pctōr ⁊ non soluet: iustus aūt miseretur ⁊ tribuet. Quia bñdicentes ei hereditabūt terrā: maledicētes aūt ei disperibūt. Apud dñm gressus hoīs diriget̄: ⁊ viā eius volet. Cū ceciderit nō collidetur: q: dñs supponit manū suā. Iunior fui eteni senui: ⁊ non vidi iustū derelictū: nec semen eius querēs panē. Tota die miseret̄ ⁊ cōmodat: ⁊ semen illius in bñdictiōe erit. Declina a malo ⁊ fac bonū: ⁊ inhabita in seculū seculi. Quia dñs amat iudiciū: ⁊ nō derelinquet scōs suos: in eternū ꝯseruabunt̄. In iusti punient̄: ⁊ semē impiorū peribit. Iusti autē hēditabūt terrā: ⁊ inhabitabūt in scl'm scl'i sup eam. Os iusti meditabit̄ sapiētiā: ⁊ lingua ei⁹ loquet̄ iudiciū. Lex dei eius in corde ipsi⁹: ⁊ nō supplantabunt̄ gressus eius. Considerat peccator

iustū: ⁊ querit mortificare eum.
Dñs aūt nō derelinquet eū in
manib⁹ ei⁹: nec dānabit eū cuz
iudicabit̄ illi. Expecta dñm ⁊
custodi viam eius: ⁊ exaltabit te
ut hereditate capias terram: cuz
perierint peccatores videbis.
Vidi īpiū supexaltatū ⁊ eleua
tū: sicut cedros libani. Et trāsi
ui ⁊ ecce nō erat: quesiui eum ⁊
nō est īuēt⁹ locus ei⁹. Custodi
īnocētiā ⁊ vide eqtatē: qm̄ sunt
reliqe homini pacifico. Iniu/
sti aūt dispibūt: simul reliqe im/
pioꝝ īteribūt. Salus aūt iusto
rū a dño: ⁊ ꝓtector eoruz in tpe
tribulatiōis. Et adiuuabit eos
dominus ⁊ libabit eos: ⁊ eruet
eos a peccatoribus: ⁊ saluabit
eos qa sperauerūt in eo. ps. 37.
Domine ne in furore tuo
arguas me: neqz ī ira tua
corripias me. Qm̄ sagitte tue
īfixe sunt mihi: ⁊ cōfirmasti sup
me manū tuā. Non est sanitas
in carne mea a facie ire tue: nō
est pax ossibus meis a facie pec/
catoꝝ meoꝝ. Qm̄ iniquitates
mee supgresse sunt caput meū:
⁊ sicut onus graue grauate sunt
sup me. Putruerūt ⁊ corrupte
sunt cicatrices mee: a facie insi/
piētie mee. Miser fact⁹ sum ⁊
curuat⁹ sum usqz in finē: tota die
ꝯtristat⁹ īgrediebar. Qm̄ lum
bi mei impleti sunt illusionibus
⁊ non est sanitas in carne mea.
Afflict⁹ sum ⁊ humiliatus sum
nimis: rugiebā a gemitu cordis
mei. Dñe añ te omne deside/
riū meū: ⁊ gemit⁹ meus a te nō
est abscōdit⁹. Cor meū cōtur/
batū est dereliqt me virt⁹ mea:
⁊ lumē oculoꝝ meoꝝ, ⁊ ip̄m nō
est mecū. Amici mei ⁊ ꝓximi
mei: aduersuz me appropinqua
uerūt ⁊ steterunt. Et qui iuxta
me erāt de lōge steterūt: ⁊ vim
faciebāt qui querebāt aīam me
am. Et qui inqrebāt mala mi
hi locuti sunt uanitates: ⁊ dolos
tota die meditabant̄. Ego aūt
tanq̄z surdus nō audiebā: ⁊ sicut
mut⁹ nō apiēs os suū. Et fact⁹
sum sicut hō nō audiēs: ⁊ nō ha
bēs in ore suo redargutiones.
Qm̄ in te dñe spaui: tu exaudi
es me dñe de⁹ me⁹. Quia dixi
neqñ supergaudeant mihi ini/
mici mei: ⁊ dum cōmouent̄ pe/
des mei sup me magna locuti
sunt. Qm̄ ego in flagella para
tus sum: ⁊ dolor me⁹ in ꝯspectu
meo semp. Qm̄ iniqtatē meaz
annūciabo: ⁊ cogitabo pro pec/
cato meo. Inimici aūt mei vi
uūt ⁊ ꝯfirmati sunt super me: ⁊
multiplicati sunt qui oderūt me
inique. Qui retribuunt mala
pro bonis detrahebāt mihi: qm̄
sequebar bonitatē. Ne derelin
quas me dñe de⁹ me⁹: ne disces/

seris a me. Intēde in adiuto/
riū meū: dñe deus salutis mee.
Alī. Reuela dño viā tuā. ℟. Bñ/
dicā dñm in omni tpe. ℟. Semper
laus ei⁹ in ore meo. Ad laud. infra
annuz qñ nō assignantur ppria
aīe dē aī. Dñfere. ℣. Ipsum.

Mfere mei deus: ℣. ⁊o.
ſm magnā mīcō: diā
tuā. Et ſm multitudinē mīa/
tionuz tuarū: dele iniqtatē meā.
Amplius laua me ab iniqtate
mea: ⁊ a pctō meo munda me.
Qm iniqtatē meā ego cogſco:
⁊ pctm meuz ⁊tra me est semp.
Tibi soli peccaui ⁊ maluz corā
te feci: ut iustificeris in sermoni
bus tuis ⁊ vincas cū iudicaris.
Ecce enīz in iniqtatib⁹ ⁊ceptꝰ
sū: ⁊ in pctis ⁊cepit me mr mea.
Ecce enī veritatē dilexisti: incerta
⁊ occulta sapiētie tue manifesta
sti mihi. Aspges me hyssopo ⁊
mūdabor: lauabis me ⁊ sup ni/
uem dealbabor. Auditui meo
dabis gaudiū ⁊ leticiā: ⁊ exulta/
būt ossa humiliata. Auerte fa/
ciē tuā a pctis meis: ⁊ oēs iniq/
tates meas dele. Cor: mūdum
crea in me deꝰ: ⁊ spiritū rectum
innoua in viscerib⁹ meis. Ne
pjcias me a facie tua: ⁊ spiritus
sanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi leticiaz salutaris
tui: ⁊ spū pncipali cōfirma me.
Docebo iniqs vias tuas: ⁊ im
pij ad te quertent. Libera me
de sanguinib⁹ deꝰ deus salutis
mee: ⁊ exultabit lingua mea iu/
sticiā tuā. Dñe labia mea ape
ries: ⁊ os meū annūciabit laudē
tuā. Qm si voluisses sacrificiū
dedissem: utiqz holocaustis nō
delectaberis. Sacrificium deo
spīritꝰ ⁊tribulatꝰ: cor ⁊tritū ⁊ hu
miliatū deꝰ nō despicies. Be/
nigne fac dñe in bona voluntate
tua ſyon: ut edificent muri hie/
rlm. Tūc acceptabis sacrificiū
iustīcie oblatiōes ⁊ holocausta:
tūc ponēt super altare tuū vitu
los. Alī. Dñfere mei deus. Alī.
Intellige clamorē meum dñe. ℣. ⁊.

Verba mea auribꝰ pcipe
dñe: intellige clamorē me
uz. Intēde voci orōnis mee:
rex meꝰ ⁊ deꝰ meꝰ. Qm ad te
orabo dñe: mane exaudies vo/
cē meā. Mane astabo tibi ⁊ vi
debo: qm nō deꝰ volēs iniqtatē
tu es. Neqz habitabit iuxta te
malignus: neqz pmanebūt inīu
sti añ oculos tuos. Odisti oēs
qui operant iniqtatem: pdes oēs
qui loquūtur mēdaciū. Virum
sanguinū ⁊ dolosuz abhomina/
bit dñs: ego aūt in multitudine
misericordie tue. Introibo in
domū tuā: adorabo ad tēplū san
ctū tuū in timore tuo. Dñe de
duc me in iustīcia tua ppter ini
micos meos: dirige in ⁊spectu

tuo viã meã. Qm̃ nõ est in ore eoꝝ ueritas: coꝛ eoruꝫ uanũ est. Sepulchrũ patẽs est guttur eorũ: linguis suis dolose agebãt: iudica illos deus. Decidant a cogitatiõib⁹ suis ꝟm multitudinẽ ĩpietatũ eoꝝ expelle eos: qm̃ irritauerũt te dñe. Et letentur oẽs qui sperãt in te: in eternum exultabunt ⁊ habitabis in eis. Et gl̃iabũtur in te oẽs qui diligũt nomẽ tuũ: qm̃ tu bñdices iusto. Dñe ut scuto bone uolũtatis tue: coronasti nos. Añ. De⁹ deus meus ad te de luce vigilo. ps. Ip̃m. Añ. Cõuersus est. Cãticũ

Confitebor tibi ysaie. 12. dñe qm̃ irat⁹ es mihi: cõuersus est furor tuus: ⁊ ꝯsolatus es me. Ecce deus saluator meus: fiducialiter agam ⁊ nõ timebo. Quia fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ fact⁹ est mihi in salutẽ. Haurietis aq̃s in gaudio de fontib⁹ saluatoris: ⁊ dicetis in illa die ꝯfitemini dño ⁊ inuocate nomẽ ei⁹. Notas facite in populis adinuẽtiões ei⁹: memẽto te qm̃ excelsum est nomẽ eius. Cantate dño qm̃ magnifice fecit: annunciate hoc in vniuersa t̃ra. Exulta ⁊ lauda habitatio syon: qa magnus in medio tui sanct⁹ isrl̃. Añ. Conuersus est furor tuus domine ⁊ consolatus es me. Añ. Laudate dominuꝫ de celis. ps. Ipsum. ℣. Repleti sumus mane misericordia tua. ℟. Exultauimus ⁊ delectati sumus. Ad bñ. añ. Benedictus de⁹ israel. Feria. iij. iuit. Iubilem⁹ deo salutari nostro. Añ. Ut non delinquam. ps. 38.

Ixi custodiam vias meas: ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam: cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui ⁊ humiliat⁹ sum: ⁊ silui a bonis: ⁊ dolor me⁹ renouat⁹ est. Concaluit cor meũ ĩtra me: ⁊ in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi dñe finem meum. Et numerũ dierũ meorũ qui est: ut sciaꝫ quid desit mihi. Ecce mẽsurabiles posuisti dies meos: ⁊ substãtia mea tanq̃ꝫ nihilũ añ te. Verũtñ vniuersa uanitas: oĩs hõ viuẽs. Verũtñ in imagine ꝑtrãsit hõ: sed ⁊ frustra ꝯturbat̃. Thesaurizat ⁊ ig̃rat cui cõgregabit ea: ⁊ nũc que est expectatio mea nõne dñs: ⁊ sub̃a mea apd̃ te est. Ab omnibus iniq̃tatibus meis erue me: opprobriuꝫ insipiẽti dedisti me. Obmutui ⁊ nõ apui os meuꝫ: qm̃ tu fecisti: amoue a me plagas tuas. A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus: ꝓpter iniq̃tateꝫ corripuisti hoĩem. Et tabescẽ fecisti sicut

araneā aīam ei⁹:ueruntñ uane
ꝯturbat oīs hō. Exaudi oro/
nē meā dñe ⁊ deprecationē me
am:aurib⁹ ꝑcipe lachrymas me
as. Ne sileas qm̄ aduena ego
sum apud te ⁊ peregrinus:sicut
omnes patres mei. Remitte
mihi ut refrigerer:priusq̄ abe/
am ⁊ amplius non ero. ps.39.

Expectās expectaui dñm
⁊ intēdit mihi. Et exau/
diuit p̄ces meas:⁊ eduxit me de
lacu miſie ⁊ de luto fecis. Et
statuit sup̄ petrā pedes meos:⁊
direxit gressus meos. Et imi/
sit in os meū canticū nouū:car/
mē deo nr̄o. Videbūt multi ⁊
timebūt:⁊ sp̄abūt in dño. Bea
tus vir cuius est nomē dñi spes
ei⁹:⁊ nō respexit in uanitates ⁊
īsanias falsas. Multa fecisti tu
dñe deus meus mirabilia tua:
⁊ cogitationibus tuis nō est qui
sil'is sit tibi. Annūciaui ⁊ locu
tus sum:multiplicati sunt super
numerū. Sacrificiū ⁊ oblatio
nem noluisti:aures aūt ꝑfecisti
mihi. Holocaustuz ⁊ pro pctō
nō postulasti:tunc dixi ecce ue/
nio. In capite libri scriptū est
de me ut facerē uolūtatē tuā:de
us me⁹ uolui ⁊ legē tuā in me/
dio cordis mei. Annūciaui iu
sticiā tuā in eccl'ia magna:ecce
labia mea non ꝓhibebo:dñe tu
scisti. Iusticiā tuā nō abscon/
di in corde meo:ueritatē tuaz ⁊
salutare tuuz dixi. Nō abscōdi
miſicordiā tuā ⁊ ueritatē tuā:a
cōcilio multo. Tu aūt dñe ne
longe facias miſationes tuas a
me:miſicordia tua ⁊ ueritas tua
semp̄ susceperūt me. Qm̄ cir/
cūdederūt me mala q̄rū nō est
numerus:cōprehēderūt me ini
quitates mee:⁊ nō potui ut vi/
derē. Multiplicate sunt sup̄ ca
pillos capitis mei:⁊ cor meū de
reliqt me. Complaceat tibi do
mine ut eruas me:dñe ad adiu/
uādū me respice. Cōfundant̄
⁊ reuereant̄ sil':qui querūt aīaz
meā ut auferāt eā. Cōuertant̄
retrorsum ⁊ reuereant̄:qui uo/
lūt mihi mala. Ferāt ꝯfestim
ꝯfusionē suā:qui dicūt mihi eu
ge euge. Exultēt ⁊ letent̄ sup̄
te oēs querētes te:⁊ dicāt semp̄
magnificet̄ dñs qui diligūt salu
tare tuū. Ego aūt mēdicus suz
⁊ pauper: dominus sollicitus
est mei. Adiutor meus ⁊ pro/
tector meus tu es:deus me⁹ ne
tardaueris. Aū. Ut nō delinquā
in lingua mea. Aū. Sana. ps.40.

Beat⁹ qui ītelligit sup̄ ege
nū ⁊ pauperē:in die ma/
la lib̄abit eū dñs. Dñs ꝯseruet
eū ⁊ viuificet eū:⁊ beatuz faciat
eū in t̄ra:⁊ nō tradat eū in aīam
inimicoꝝ ei⁹. Dñs opē ferat il
li sup̄ lectū doloris eius:vniuer

suz stratū ei⁹ ꝟsasti in īfirmitate ei⁹. Ego dixi dñe miſere mei sana aīam meā qa peccaui tibi. Inimici mei dixerūt mala mihi: qñ morieť ⁊ peribit nomen eius. Et si īgrediebať ut videret: uana loquebať: cor ei⁹ ꝯgregauit iniqtatē sibi. Egredieba tur foras: ⁊ loquebať in idipsuz. Aduersum me susurrabāt oēs inimici mei: aduersuz me cogitabāt mala mihi. Verbum iniquū ꝯstituerūt aduersuz me: nū quid qui dormit nō adijciet ut resurgat? Etenīz hō pacis mee in quo spaui: qui edebat panes meos magnificauit sup me supplātationē. Tu aūt dñe miserere mei ⁊ resuscita me: ⁊ retribuam eis. In hoc cognoui qm̄ uoluisti me: qm̄ non gaudebit inimicus me⁹ sup me. Me aūt ꝓpter īnocētiā suscepisti: ⁊ ꝯfirmasti me in ꝯspectu tuo in eternū. Bñdict⁹ dñs de⁹ israel: a seculo ⁊ in seculuz fiat fiat. ps. 41.

Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat aīa mea ad te de⁹. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū: qñ ueniā ⁊ apparebo añ faciē dei. Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicitur mihi q̄tidie ubi est de⁹ tuus. Nec recordat⁹ sum ⁊ effudi in me aīam meā: qm̄ trāsibo in locuz tabnaculi admirabilis usqz ad domū dei. In uoce exultatiōis ⁊ ꝯfessiōis: son⁹ epulātis. Quare tristis es aīa mea: ⁊ q̄re ꝯturbas me? Spera in deo qm̄ adhuc ꝯfitebor illi: salutare vultus mei ⁊ de⁹ me⁹. Ad meip̄m aīa mea cōturbata est: ꝓpterea memor ero tui de t̄ra iordanis: ⁊ hermonijm a mōte modico. Abyssus abyssuz īuocat: in uoce cataractarū tuaruz. Omnia excelsa tua ⁊ fluctus tui: sup me trāsierūt. In die mādauit dñs miſicordiā suā: ⁊ nocte cāticum ei⁹. Apud me oratio deo vite mee: dicā deo susceptor me⁹ es. Quare oblit⁹ es mei ⁊ q̄re ꝯtristat⁹ īcedo: dū affligit me inimicus. Duz ꝯfringunť ossa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulāt me inimici mei. Duz dicūt mihi per singulos dies ubi est de⁹ tuus: q̄re tristis es aīa mea ⁊ quare ꝯturbas me. Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi: salutare vult⁹ mei ⁊ deus meus. Añ. Sana dñe animam meā quia peccaui tibi. Añ. Eructauit. ps. 43.

Deus aurib⁹ nr̄is audiuimus: p̄res nr̄i annūciauerūt nobis. Opus qđ opat⁹ es in dieb⁹ eoꝝ: ⁊ in dieb⁹ antiqs. Manus tua dispdidit gētes ⁊ plātasti eos: afflixisti ppl'os ⁊ expulisti eos. Nec eniz in gladio

suo possederũt terrã: ⁊ brachiuz eoꝝ nõ saluauit eos. Sed dextera tua ⁊ brachiũ tuũ ⁊ illuminatio vultus tui: qm̃ cõplacuisti in eis. Tu es ipse rex meus ⁊ deꝰ meꝰ: qui mãdas salutes iacob. In te inimicos nr̃os uẽtilabimus cornu: ⁊ in noĩe tuo spnemꝰ ĩsurgẽtes in nob̃. Nõ enim in arcu meo spabo: ⁊ gladius meꝰ nõ saluabit me. Saluasti enim nos de affligẽtibus nos: ⁊ odientes nos cõfudisti. In deo laudabimur tota die: ⁊ in noĩe tuo cõfitebimur in seculũ. Nunc aũt repulisti ⁊ ꝯfudisti nos: ⁊ nõ egredieris deus in ꝟtutibꝰ nr̃is. Auertisti nos retrorsum post inimicos nr̃os: ⁊ qui oderunt nos diripiebant sibi. Dedisti nos tanq̃z oues escarũ: ⁊ in gẽtibꝰ dispsisti nos. Vendidisti ppl'm tuũ sine precio: ⁊ nõ fuit multitudo in cõmutatiõibꝰ eoꝝ. Posuisti nos opprobriũ vicinis nr̃is: sb̃sannationẽ ⁊ derisum his qui sunt in circuitu nr̃o. Posuisti nos in sil'itudinẽ gẽtibꝰ: cõmotionẽ capitis in ppl'is. Tota die uerecundia mea ꝯtra me est: ⁊ ꝯfusio faciei mee cooꝑuit me. A uoce exprobrãtis ⁊ obloquentis: a facie inimici ⁊ ꝑsequentis. Hec oĩa uenerũt sup nos nec obliti sumꝰ te: ⁊ inique nõ egimus in testamẽto tuo. Et non recessit retro cor nr̃m: ⁊ declinasti semitas nr̃as a via tua. Qm̃ humiliasti nos in loco afflictiõis: ⁊ cooperuit nos vmbra mortis. Si obliti sumꝰ nomẽ dei nr̃i: ⁊ si expãdimꝰ manꝰ nr̃as ad deũ alienũ. Nõne deꝰ reqret ista: ipse enim nouit abscondita cordis. Qm̃ ꝓpter te mortificamur tota die: estimati sumꝰ sicut oues occisiõis. Exurge q̃re obdormis dñe: exurge ⁊ ne repellas in finẽ. Quare faciẽ tuaz auertis: obliuisceris ĩopie nr̃e ⁊ tribulatiõis nr̃e: Qm̃ humiliata est in puluẽ aĩa nr̃a: ꝯglutinatꝰ est in terra uẽter noster. Exurge domine adiuua nos: ⁊ redime nos propter nomen tuum. ps̃. 44.

ERuctauit cor meũ uerbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Lingua mea calamꝰ scribe: uelociter scribẽtis. Speciosus forma pre filijs hoĩuz: diffusa est gr̃a in labijs tuis: ꝓpterea bñdixit te deꝰ in et̃nũ. Accingere gladio tuo: sup femur tuũ potẽtissime. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: ĩtẽde ꝓspere ꝓcede ⁊ regna. Propter ueritatẽ ⁊ mãsuetudinẽ ⁊ iusticiã: ⁊ deducet te mirabiliter dext̃a tua. Sagitte tue acute: ppl'i sb̃ te cadẽt in corda inimicorum regis. Sedes tua deꝰ in scl'm seculi:

ꝟga directiōis virga regni tui. Dilexisti iusticiā ⁊ odisti iniq/tatē: ꝓpterea vnxit te deꝰ deus tuus oleo leticie pre ꝯsortibꝰ tuis. Myrrha ⁊ gutta ⁊ casia a uestimētis tuis: a domibꝰ eburneis: ex qbꝰ delectauerūt te filie regū in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato: circūdata uarietate. Audi filia ⁊ vide ⁊ īclina aurē tuā: ⁊ obliuiscē ppl'm tuū ⁊ domum p̄ris tui. Et cōcupiscet rex decorē tuū: qm̄ ipse est dn̄s deꝰ tuus ⁊ adorabūt eū. Et filie tyri in muneribꝰ: vultū tuū deprecabunt oēs diuites plebis. Oīs gl'ia eiꝰ filie regis ab ītus in fimbrijs aureis: circūamicta uarietatibꝰ. Adducent regi ꝟgines post eā: ꝓxime eiꝰ afferent tibi. Afferent in leticia ⁊ exultatione: adducētur in templū regis. Pro p̄ribꝰ tuis nati sunt tibi filij: ꝯstitues eos p̄ncipes sup oēm t̄rā. Memor ero noīs tui dn̄e: ī oī gn̄atiōe ⁊ gn̄atiōe. Propterea ppl'i ꝯfitebunt tibi in et̄nū: ⁊ in scl'm scl'i. An̄. Eructauit cor meuz uerbum bonū. An̄. Adiutor.

Deus nr̄ refugiuz ps̄. 45. ⁊ virtꝰ: adiutor in tribulatiōibꝰ que īuenerūt nos nimis. Propterea nō timebimꝰ dum turbabit terra: ⁊ trāsferent mōtes in cor maris. Sonuerūt ⁊ turbate sunt aque eorū: ꝯturbati sunt mōtes in fortitudine eiꝰ. Aluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tab̄naculum suum altissimus. Deus in medio eius nō cōmouebit: adiuuabit eam deus mane diluculo. Conturbate sunt gentes ⁊ inclinata sunt regna: dedit uocē suā mota est terra. Dn̄s virtutum nobiscū: susceptor noster deus iacob. Venite ⁊ videte opa dn̄i que posuit ꝓdigia sup terrā: auferēs bella usqz ad finē terre. Arcum cōteret ⁊ cōfringet: arma ⁊ scuta cōburet igni. Vacate ⁊ videte quoniaz ego sum deus: exaltabor in gentibꝰ ⁊ exaltabor in terra. Dominꝰ virtutum nobiscum: susceptor noster deꝰ iacob. ps̄. 46.

Omnes gentes plaudite manibꝰ: iubilate deo in uoce exultationis. Qm̄ dn̄s excelsus terribilis: rex magnus sup omnē terraz. Subiecit ppl'os nobis: ⁊ gentes sub pedibus nr̄is. Elegit nobis hereditatē suaz: speciē iacob quē dilexit. Ascēdit deus in iubilo: ⁊ dn̄s in uoce tube. Psallite deo nr̄o psallite: psallite regi nostro psallite. Qm̄ rex oīs terre deus: psallite sapiēter. Regnabit deus super gentes: deꝰ sedet sup sedem sanctam suā. Principes ppl'oꝝ

congregati sunt cũ deo abrahã: qm̃ dij fortes terre uehementer eleuati sunt. Aii. Adiutor in tribulationibus. Aii. Magnus dñs.

Magnꝰ dñs ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̃i ĩ mõte scõ eiꝰ. Fundat̃ exultatione vniuerse terre: mõs syon latera aqlonis ciuitas regis magni. Deꝰ in domibꝰ eiꝰ cognoscet̃: cũ suscipiet eam. Qm̃ ecce reges ꝯgregati sunt: ꝯuenerũt in vnũ. Ipsi videntes sic admirati sunt conturbati sunt cõmoti sunt: tremor apprehẽdit eos. Ibi dolores ut parturiẽtis: in sp̃u uehemẽti ꝯteres naues tharsis. Sicut audiuimꝰ sic vidimꝰ in ciuitate dñi virtutũ: in ciuitate dei nr̃i deꝰ fundauit eã in et̃nũ. Suscepimꝰ deus misericordiaꝫ tuã: in medio tẽpli tui. Secũdũ nomẽ tuũ deus sic ⁊ laus tua in fines terre: iusticia plena est dextera tua. Letetur mõs syon ⁊ exultẽt filie iude: ꝓpter iudicia tua dñe. Circũdate syon ⁊ cõplectimini eã: narrate in turribꝰ eiꝰ. Ponite corda uestra in virtute eiꝰ: ⁊ distribuite domos eiꝰ ut enarretis in ꝓgenie altera. Qm̃ hic est deus deꝰ nr̃ in et̃nũ ⁊ in scl̃m seculi: ipse reget nos in secula. ps. 48.

monia. ℟. Cantate dño. ℣. Añ. Iuste lux orta gratie late spargēs radium rectis corde studium ingerit letitie. ℟. Dñs regna. exul. Añ. Deus palam omnibus reuelās iusticiam salutarem gentibus per hāc iudit gratiā. ℟. Cantate dño. ℣. Elegit eam dñs. Septima lectio de euāgelio: Simile est regnū celoruz thesauro. cum sua omne require in cōi ẏginū. ℟. Famulis se famulā fecit hec btā coquine squaloribus gaudens deturpata. Et corgerēs idefessuz debiles debili orportat ad secessum. ℣. Sic sedula paupcula lauit istos illis strauit. Et.

Beata elisabeth Lec. viij. multa parua uota cōsueuit facere pro deo: uelut de manicis nō ꝓsiendis ante missam dieb⁹ festiuis: et de nō utēdis cyrothecis dieb⁹ dñicis ante meridiē. Ab his et huiusmodi multū ad cultū corporis et ad uanitatē seculi spectātibus que longū eēt enarrare pro reuerentia dei ex uoto abstinebat: sic ab adolescētia humiliter deū pre oculis: ipsum pre oībus factis suis inuocādo: dulciter noiando ante ipsuz omnes actus suos dirigendo. ℟. Aman in patibulo cū hester appendit holofernis dexteraz in caput extendit. Et suum periculo populuz defendit. ℣. Manum mittens ad fortia sic vincit innocentia. Et. Lxix.

In statu autē minoris etatis ꝗplurima grauamina et oppressiones sustinuit a secreta et potente familia aule in qua nutriebaꝫ traducta in quibus omnibus tam ẏborum ꝗ factorum amaris iniurijs et insultationibus sibi a sue religionis emulis illatis que bone ipsius indolis iaz in tenera etate cepte ac honestati et virtuti simul cum corporis incremento crescente inuidebant cū patientia: solū deum refugium sibi ponebat et spem. ℟. O lampas ecclesie riuos fundens olei medicina gratie nutrimentuz fidei. Tutelā presta pauidis calorem minus feruidis languidis medelam. ℣. Tu dei saturitas oliua fructifera cuius lucet puritas et splendent opera. Tutela. Ad laudes añ. Dñs elisabeth induit decore cuius nunc parata est sedes in honore. ℟. Dñs regna. deco. cū rel. Añ. Deo cum letitia seruiēs puella sub magistri manib⁹ sustinet flagella. Añ. Nec ad deuz sitiēs et curēs in siti carnis desiderijs didicit reniti. Añ. Domo rebus dum ablatis mendicat hospitium in camino paupertatis bñdicit dñm. Añ. In tantis virtutibus famule fidelis laudat omnis spūs dñm de celis. ℣. Diffusa est gratia. ℟. super bñ. añ. Cornu salutis hodie in turribus ecclesie dñs erexit: quo de manu philistei ca/

stra protexit fidei ac in viam gratie pacis ⁊ iusticie plurimos direxit. Ad horas diei añe de laud. Cap. sicut in festo ut sup. Ꝛia ⁊ ℣. de virginibus. Oratio ut sup. In secundis uesperis añ. Dñs elisabeth. cum reliquis. ps de virginibus. Cap. hym. ⁊ ℣. ut s. Super magt añ. Exultet uox ecclesie nam caput superbie elisabeth contriuit que non exaudiuit uocem exactoris cuius intercessio nobis ab hoc exilio reuertentes societ angelorum choris. Ad complet. ut s. In festo beati mauri martyris. Oratio.

Beati mauri martyris tui nos dñe quesum⁹ patrocinijs collatis non deseras ⁊ fragilitatem nostram eius meritis tuearis ⁊ precibus. Per. Lec. j.

Sanctus maurus cũ a parentibus christianissimus eẽt: habẽs multam substãtiam: quotidie in oratione ⁊ ieiunijs psistens: christo se semp cõmendabat. Cũqz viduis egenis oib⁹ dieb⁹ vite sue elemosynã tribueret: ad ultimũ paupib⁹ erogãs oĩa monasteriũ ĩgressus est. Cunqz cõplesset ibi sub habitu monastico annos decez ⁊ octo ⁊ ab oĩb⁹ frib⁹ diligeret: etiãqz ut pr̃ez omnes euz uenerarent. L. ij.

Postea cupiens pergere romã ad limina sancti petri: quo auxiliãte dño peruenit. Cum ꝟo illic demoraret annis tribus eodez tẽpore quo imperium obtinuit numerian⁹ impijssimus cepit per ciuitates uel ad ꝓuincias precepta urgẽter dirigere: ut siquis christian⁹ inuẽtus fuisset ⁊ non dijs ĩmolaret diuersis supplicijs maceratus morte afficeretur. Lcõ. iij.

Beatissimus aũt maur⁹ audiẽs uocẽ rabidã ꝑsequẽtis de urbe roma se subtraxit ⁊ in quodã specu cepit latẽter cõmorari. Cũ aũt illic demoraret mẽsib⁹ trib⁹: media nocte post or̃onẽ soporat⁹ est ⁊ vidit viruz splẽdiduz ꝟgã ferentẽ q̃si aureã in manu sua: dixitqz ad eũ: Surge maure qm̃ non te despexit deus quẽ ex toto corde ⁊ ex tota aĩa tua diligis: reuertẽ ⁊ ĩgredẽ in urbẽ romam sine aliq̃ mora.

In festo btẽ cecilie ꝟgis añe ⁊ ps feriales. Cap. Qui gl̃iat in dño gl̃ietur. Ꝛ. Btã cecilia. Hym. Virginis ꝓles. ℣. de virginib⁹. Sup magt añ. Virgo gl̃iosa semp euãgeliũ chr̃i gerebat in pectore suo nõ dieb⁹ neqz noctib⁹ a colloquijs diuinis ⁊ oratione cessabat.

Deus qui nos annua beate cecilie martyris tue solennitate letificas: da ut quaz ueneramur officio etiã pie conuersationis sequamur exẽplo. Per. Ad complet. cap. Oro.

hym. ⁊ ℣. de virginibus. Sup nunc di. añ. Cecilia famula tua. Oro ut sup. Ad matut. inuitat. Regem virginum. In primo noctur. añ. Cecilia virgo almachiuz exuperabat tyburtium ⁊ ualerianũ ad coronas uocabat. ps. Dñe dñs noster. Añ. Expansis manib⁹ orabat ad dñm ut eam eripet de inimicis. ps. Celi enar. Añ. Cilitio cecilia membra domabat deuz gemitibus exorabat. ps. Domini est terra. ℣. Specie tua ⁊ pulchri. L. j.

Cecilia virgo clarissima euangeliuz dñi semper absconditũ gerebat in pectore: ⁊ nõ diebus neqz noctib⁹ a colloquijs diuinis ⁊ orone cessabat. Hec ualerianũ quẽdã iuuenẽ habebat spõsum. Qui iuuenis in amore ꝟginis dũ purgeret diem constituit nuptiarum. Cecilia subtus cilitio induta ad carnem pro lineis desup auratis uestibus tegebat. ℟. Cantãtibus organis cecilia virgo in corde suo soli dño decantabat dicens: Fiat dñe cor meum ⁊ corpus meũ imaculatum ut non cõfundar. ℣. Biduanis ac triduanis ieiunijs orans commendabat dño quod timebat. Fiat.

Parentum enim vis ⁊ spõsi erat circa illã exestuans cura: sed nõ poterat amorem sui cordis ostẽdere: ⁊ ꝙ solum christum diligeret indicijs euidẽtissime aperiri. Quid multa? Uenit dies in quo thalamus collocatus est ⁊ cantantibus organis illa in corde suo soli dño decãtabat dicẽs: Fiat corp⁹ meũ ⁊ cor meũ imaculatũ ut nõ confũdar. ℟. O btã cecilia que duos fratres conuertisti almachiuz iudicẽ exuperasti. Urbanum episcopum in vultu angelico demonstrasti. ℣. Cecilia me misit ad uos ut ostendatis mihi. Urbanum episco. Lectio. iij.

Et biduanis ac triduanis ieiunijs orans cõmendabat dño qd̃ timebat. Inuitabat enim angelos precibus: lachrymis interpellabat apostolos: ⁊ sancta omnia christo famulãtia agmina exorabat ut suis eã precibus adiuuarent suãqz pudicitiã dño cõmendarent. Sed cuz agerent: uenit nox in qua suscepit cum sponso suo cubiculi secreta silentia: ⁊ ita euz alloquit. ℟. Uirgo gloriosa semper euangeliuz christi gerebat in pectore. Et nõ diebus neqz noctibus uacabat a colloquijs diuinis ⁊ oratione. ℣. Est secretuz ualeriane qd̃ tibi uolo dicere: angelum dei habeo amatorem qui nimio zelo custodit corpus meũ. Et In secundo noct. añ. Domine iesu christe seminator casti consilij suscipe seminum fructus quos in cecilia semiasti. ps. Eructauit. Añ. Beata cecilia dixit ad tyburtium hodie

te fateor meum esse cognatum quia amor dei te fecit esse contemptorem idolorum. ps. Deus noster refu. An. Fiat dñe cor meũ ⁊ corpus meum immaculatũ ut nõ ꝯfundar. ps. Fundamenta. ℣. Adiuuabit eã.

O Dulcissime atq; Lec. iiij. amantissime iuuenis est mysterium quod tibi cõfiteor si tu iurat⁹ asseras tota te illud obseruantia custodire. Jurat ualerianus spõsus se illud nulla omnino prodere ratione: nulla necessitate detegere. Tunc illa ait: Angeluz dei habeo amatorem qui nimio zelo custodit corpus meuz. Hic si uel leuiter senserit ꝙ tu me polluto amore contingas: statim circa te suũ exagitet furorem ⁊ amittes florẽ tue gratissime iuuẽtutis. ℟. Cilitio cecilia mẽbra domabat deuz gemitibus exorabat. Tyburtium ⁊ ualerianuz ad coronas uocabat. ℣. Nõ diebus neq; noctib⁹ uacabat a colloquijs diuinis ⁊ oratione. Tyburtium. L. v.

SJ autez cognouerit ꝙ me sincero ⁊ imaculato amore diligas ⁊ ꝟginitatem meam integram immaculatamq; custodias: ita te quoq; diliget sicut me: ⁊ ostendet tibi gratiã suam. Tunc ualerianus nutu dei correptus ait: Si vis ut credam sermonibus tuis: ostende mihi ipsum angelum: ⁊ si probauero ꝙ uere angelus dei sit faciã quod hortaris. Si autem virum aliuz diligis: te ⁊ illuz gladio feriam. ℟. Ceciliam intra cubiculum orantem inuenit ⁊ iuxta eam stantem angelum dñi. Quem vidẽs ualerianus nimio terrore correptus est. ℣. Angelus dñi descendit de celo ⁊ lumen refulsit in habitaculo. Quez. L. vj.

TUnc ait beata cecilia: Si consilio meo promittas te acquiescere ⁊ permittis te purificari fonte perhenni ⁊ credas vnum esse deum in celis: poteris eum videre. Ait ei ualerianus. Et quis est qui me purificet ut ego angeluz dei videam? Dicit ei beata cecilia. Est senior qui nouit purificare homies ut mereant̃ videre angelum. Dicit ei ualerian⁹. Et ego ubi hũc senem reqram? ℟. Dñe iesu christe pastor bone seminator casti consilij suscipe seminuz fructus quos in cecilia seminasti. Cecilia famula tua quasi ouis tibi argumẽtosa deseruit. ℣. Nam sponsum quem quasi leonẽ ferocem accepit ad te quasi agnuz mansuetissimum destinauit. Cecilia. In tertio noctur. an. Credimus christum filium dei uerum deum esse qui sibi talem elegit famulam. ps. Cantate. j. An. Nos scientes sanctum nomen dñi negare non possumus. ps. Dñs regnauit exultet. An. Tunc ualerianus perrexit ad

antistitem ⁊ signo qđ accepit inuenit sanctũ urbanum. ps. Cãtate. ij. ℣. Elegit eã dñs. Septima lectio de euangelio: Simile est regnum celoꝝ decem ꝟginibus. cuꝫ sua omel. reqre in cõmuni ꝟginũ. ℟. Beata cecilia dixit tyburtio: hodie te fateor meũ esse cognatũ. Quia amor dei te fecit esse ꝯtemptorez idoloruꝫ. ℣. Suscipe dñe seminum fructus quos in cecilia seminasti. Quia.

Respondit ei cecilia. Uade in tertiũ miliarium ab urbe via que appellat̃ appia: illic inuenies pauperes a transeuntibus alimonie petẽtes auxiliũ. De his enim mihi semper cura fuit: ⁊ optime hi mei secreti sunt ꝯscij: hos tu dum videris dabis eis bñdictionem meam dicens: Cecilia me misit ad uos ut ostẽdatis mihi sanctũ urbanum qm̃ ad ipsum habeo secreta que ꝑferam. ℟. Cecilia me misit ad uos ut ostẽdatis mihi sanctũ urbanum. Quia ad ipsum habeo secreta que ꝑferam. ℣. Tunc ualerianus ꝑrexit ad antistitẽ ⁊ signo qđ accepat inuenit sanctũ urbanũ. Quia. L. viij.

Hunc cum videris indica illi oĩa ꝟba mea: ⁊ cum te purificauerit induet te uestibus nouis ⁊ cãdidis: cum quibus mox ut ingressus fueris istud cubiculũ videbis angeluꝫ dñi etiã tuuꝫ amatorem effectũ: ⁊ oĩa que ab eo poposceris impetrabis. Tunc ualerianus perrexit ad antistitez ⁊ ꝟm ea signa que accepat inuenit sanctuꝫ urbanũ episcopũ qui iam vir confessor erat: ⁊ inter sepulchra martyrum latitabat. ℟. Dum aurora finem daret cecilia dixit. Eya milites christi abijcite opa tenebrarum ⁊ induimini arma lucis. ℣. Cecilia ualedicẽs fr̃ibus ⁊ exhortans ait. Eya. Ad laudes añ. Cantãtibus organis cecilia dño decantabat dicẽs fiat cor meum immaculatũ ut non ꝯfundar. ps. Dñs regna. deco. cum reliqs. Añ. Est secretum ualeriane qđ tibi uolo dicere: angeluꝫ dei habeo amatorem qui nimio zelo custodit corpus meum. Añ. Ualerianus in cubiculo ceciliam cum angelo orãtem inuenit. Añ. Benedico te pater dñi mei iesu christi quia per filiuꝫ tuuꝫ ignis extinctus est a latere meo. Añ. Cecilia famula tua dñe quasi ouis tibi argumentosa deseruit. ℣. Diffusa est. Sup bñ. añ. Dum aurora finem daret beata cecilia dixit: eya milites christi abijcite opera tenebraruꝫ ⁊ induimini arma lucis alla. Ad horas diei añe laud. Cap. ℟ia ⁊ ℣. de cõmuni virginum. In secundis uespis añe de pluribus martyribus. Pro sancta felicitate martyre cum filijs suis quia est patrona: scilicet. Hec est uera fraternitas. cuꝫ reliqs. ps.

Laudate pueri. cum rel. Cap. Sancti per fidē. R. Isti sunt sancti. Hym. Sanctoꝝ meritis. V. Exultent iusti. Super magt an. Omnipotēs deus qui glorio. Oro.

PResta quesumus omps deus ut beate felicitatis martyris tue eiusqꝫ filioꝝ solennia recensentes: meritis ipsius ꝓtegamur ⁊ ꝑcibus. Per. Deinde pro sācta cecilia an. O beata cecilia que duos fres conuertisti ⁊ almachium iudicem superasti: urbanū episcopū in vultu angelico demōstrasti. V. de virginibus. Oro ut sup. Ad cōplet. cap. Sācti mei qui in isto. Hym. Cedunt gla. V. Exultabūt sancti. Sup nūc dimittis an. Si corā hoibus. Oratio ut supra. Ad matut. iuit. ane ps V. ⁊ Reia de pluribus martyribus. Lectiōes de passione eoruꝫ. require in festo septem fratrū. Septima lectio de euang: Descēdens iesus de mōte stetit in loco cāpe. cum sua omelia ac rel. oibus de pluribus martyribus. In secūdis Vis an. Virgam virtutis tue. cum rel. ps de pluribus martyribus. Cap. R. hym. V. ⁊ an. sup mgt. Pro sācto grisogono de vno martyre. Oro.

ADesto dne supplicationibus nris ut qui ex iniquitate nra reos nos esse cognoscimus beati grisogoni martyris tui intercessione liberemur. Per. Deinde pro sancta felicitate an. Gaudēt in celis aie sāctoꝝ. V. Exultent iusti. Oro ut supra. Ad complet. cap. hym. V. ⁊ sup nūc dimittis an. de vno martyre. Oro ut sup. Ad mat. inuit. ane ps V. ⁊ Reia de vno martyre. Lec. j.

PRetextati illustris viri filiā anastasiam legimus a grisogono viro christianissimo eruditam: ad cuius notitiam hac occasione ꝑuenit. Cuꝫ nobilis nata ita plurimum posset ut vix parē inter mronas habere potuisset: induebat se vilissimo habitu ⁊ vni⁹ puelle usa ꝯsortio carceres circuibat. Erāt enim in vinculis ⁊ in carcerib⁹ milites christi quos ista aliter visitare non poterat nisi paupem se mētiret esse terrenam: ut celestes diuitias occuparet. Lec. ij.

IBat ergo per custodias publicas ⁊ carcerū custodes ꝓut poterat pecunijs redimebat. Ingressa Vo licet oib⁹ tribulatis ministraret: erga sāctos tn qui pro dei amore erant in vinculis sollicita satis cura erat attonita lauare pedes: vngere capita: pectere crines quos lōga carcerum nutrierāt claustra. L. iij.

INterea dum hec assidue ageret atqꝫ a mariti cōsortio simulata egritudine cessaret

puenit ad notitiam zelantis viri
hanc plebeio cultu visitare cum
omni sollicitudine dei confesso
res carceres circueundo. Tunc
indignatus vir eius publius: ta
les domui sue deputauit custo/
des: instituitq; ut anastasiam nō
permitterent nec fenestrelle cu
iusq; aditum aspicere. Lec. iiij.

Erat tñ in vinculis iussu
diocletiani qdam vir dei
noīe grisogonus qui per bieni/
uz in vicario officio degēs mul
ta perpessus sancte anastasie ali
monia fouebat. Hic erat apud
ruffuz quēdam vicarium quem
dñs ihesus christus cuz omni do
mo sua per beatū grisogonuz lu
cratus est. Igit duz nullus esset
qui ab anastasia posset dirigi:
anicula quedam inuēta est chri
stiana que in vicino scē anasta/
sie cōmanēs: curas ut est solituz
aniculis infantium ac mulieruz
necessitate agere videbat. L. v.

Ac occasione domuz be/
ate anastasie ingressa ce/
pit esse media inter ipsam t oēs
dñi confessores. Inter quos taz
nobilitate terrena q̄z in diuina
sapientia mirificus ac preclarior
oībus ꝓbatur sanctus grisogo/
nus. Hic nāq; a memorata ani/
cula pcepit scē anastasie epl̄am:

Scuius iste est text⁹. L. vj.

Ancto ꝓfessori christi: ana
stasia. Licet pater mihi cultor fu
erat idolorū: mater tamen chri/
stianissima fausta semp vixisse
probat t casta. Hec me inter ip/
sa cunabula fecit fieri christianaz:
post cuius decessum sacrilegi iu
guz mariti susceptricuius deo mi
serante thoruz mentita infirmi/
tate declinans die noctuq; dñi
mei iesu christi amplector: uesti/
gia. Septima lectio de euange
lio: Siquis vult uenire post me
abneget. cuz sua omnia. requi/
re in cōi vnius martyris. L. viij.

In diebus illis diocletia/
nus in aquileia positus
cum interficeret christianos: re/
latio ad eum cucurrit de christia
nis omnibus ꝑfecture urbane.
Unde iussit impator: debere om
nes interfici: ad se ꝙ grisogo/
num destinare ꝓcepit. Hūc ꝓse
cuta est anastasia cuz esset nobi/
lis t elegātissimi corporis femi
na: ita viriliter agebat ut apud
aqleiam faceret sanctis obsequ
meliora q̄z fecerat rome. L. ix.

Interea grisogonum no/
minatissimum sceleratissi
mus diocletianus sibi presenta
ri iubet. Cui cuz diceret: accipe
ꝑfecture dignitatez generis tui:
deos adora t sacrificando con/
decora: respōdit. Unum deum
mente adoro: corde colo: sincer
ris actibus uenero: istoz autez

deoruz dearũqz simulachra que demonum thecas noui esse: in quibus demones manent execror atqz accepta potestate comminuo. Potestatem ꝟo a te promissam quasi lutũ qui pedibus calcat abijcio. Tunc iussit eum duci diocletianus ad locum qui dicitur ad aquas gradatas ⁊ ibi decollari: corpusqz eius ad littus qui dicit ad salt⁹ in quo tres sorores christianissime cõmanebant: agape: ciconia: ⁊ hyrene cum sancto zoylo p̃sbytero. In secũdis uespis añe ⁊ p̃s de vno martyre. Cap̃. pro sancta katherina. Qui gloriatur in dño. ℟. Surge virgo ⁊ nr̃as spõso p̃ces aperi tua uox est dulcis in aure dñi que pausas sub vmbra dilecti: Ab estu mundi trãsfer nos ad amena paradisi. ℣. Pulchra syon filia pro mortali tunica agni tecta uellere ⁊ corona glorie. Ab. Hymnus. Katherine collaudemus. ℣. Specie tua ⁊ pulchri. Ad magt añ. Uoce cordis ⁊ oris in laudem sui redemptoris consurgat omnis plebs fidelis cuius mediante gratia martyr ⁊ virgo katherina facto clamore hora matutina exiuit obuiam christo sponso qui sedet super cherubin cũcta videns in abscõso ferens sertum rose ⁊ lilij cum triumpho martyrij euasit minas tortorum o beata virgo ora iugiter pro reatibus supplicum tuoꝝ. Oratio.

Deus qui dedisti legem moysi in sumitate montis synai ⁊ in eodem loco per angelos tuos corpus beate katherine virginis ⁊ martyris tue mirabiliter collocasti: p̃sta quesumus ut eius meritis ⁊ intercessione ad mõtem qui christus est ꝑuenire ualeamus. Per. Ad cõplet. cap̃. Sapiẽtia vincit malitiam. Hym. Post hec blandis. ℣. Diffusa est gr̃a. Sup nunc dimittis añ. Inclyta sancte virginis katherine solẽnia suscipiat alacriter pia mater ecclesia: aue virgo deo digna aue dulcis ⁊ benigna obtine nob̃ gaudia que possides in gloria. Post orationem beate katherine fiat memoria pro sancto grisogono martyre cũ añ. ⁊ ℣. de vno martyre. Oratio ut supra. In festo beate katherine virginis ⁊ martyris ad matut. inuitat. Adoretur virginum rex in seculorũ seculis. Uirgini qui katherine contulit celestia. p̃s. Uenite exul. In primo noctur. añ. Uirgo sãcta katherina grecie gẽma urbe alexandrina costi regis erat filia. p̃s. Dñe dñs noster. Añ. Specie corporis decora nimis enituit sed fide pulchrior sponso superno placuit. p̃s. Celi enarrant. Añ. Tradit ergo a patre doctoribus precipuis instruenda libera lib⁹ studijs. p̃s. Dñi est terra. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine. Lec. j.

Maxentius imperator anno regni sui.xxxv.residens in ciuitate alexandrinorũ feralia per ꝓuincias vicinas misit edicta:iubens omnes regni incolas diuites ⁊ pauperes ad templum cõuenire ⁊ solẽne diis sacrificium offerre. Fit itaq; cõuentus vniuersalis ad pretorium regis astante imperatore ante simulachra deoꝝ:iuxta possibilitatem suam:diuites tauros ⁊ oues:pauperes ꝟo uolucres viuos offerebant. ℟. Nobilis ⁊ pulchra prudens katherina puella. Flagrat amore dei spernit uana gaudia mundi. ℣. Cui rex carne pr̃ fuerat reginaq; mater. Flagrat. L.ij.

Hac in ciuitate alexandrinorum erat quedam puella annorũ duo de viginti speciosa ualde:sed quod pluris est erat religiosa fide: regis quondam costi nomine filia vnica liberalibus studijs ab annis puerilibus erudita nomine katherina. Hec itaq; in palatio patris residebat cum ex templo idolorum hinc sonus animalium ⁊ tibicinum:hinc multimodum genus organorũ auribus suis insonuit. ℟. Martyrium sitiens libamina cesaris horrens. Exclamat christum preter quem nil ueneran/dum. ℣. Demonijs plena sunt hec ait idola templi. Exclamat. L.iij.

Que causam reqrens cuz ex nuncio didicisset: assumptis secum aliquibus de familia ad templuz usq; properauit: ubi quosdam deplorantes aspexit qui se christianos esse fatebant̃:sed metu mortis ad prophana sacrificia impellebãtur. Beata ꝟo katherina uehemẽti dolore sauciata:pectus ⁊ linguam christi signaculo muniẽs audenter ad conspectum imperatoris prorupit. ℟. Hec qnqua genos oratores supatos. Dirigit ad celos auruz uelut igne probatos. ℣. Efficiens testes fidei quos ꝑtulit hostes. Dirigit. In secundo noctur. an̄. Cum esset adhuc in annis virgo puerilibus:charis orbata parentibus mundi renunciauit opibus. ps̄. Eructauit. An̄. Maxentius instat impius cum idolorum cultibus: puella uoce lib̃a hec sunt clamat demonia ⁊ deum te solum christe predicat os virgineum. ps̄. Deus nr̃ refugium. An̄. Cesar electos conuocat rhetores ⁊ grãmaticos aduersus illam disputaturos quos vincẽs virgo christi fidez docuit ⁊ martyres dignos deo exhibuit. ps̄ Fũdamẽta eius. ℣. Adiuuabit eaz. L.iiij.

Cui sic ait: Salutationem tibi imperator ferre nos ⁊ ordinis dignitas ⁊ ratiõis via monebat: si hec que cultibus demonuz exhibes creatori tuo

impenderes: z solam illius ma
iestatem adorandam intellige/
res: per quē reges regnant: per
quem mundi elementa initiuz
sumpserunt atqz subsistunt. Nō
enim sunt dij plures sed vnus:
z viuentium formator deus qui
sicut cuncta creauit ita imperio
suo cūcta coercet atqz disponit.
℟. Impius hanc cesar fisti iubet an
te tribunal. Hāc ut puertat sicut dra
co uel leo certat. ℣. Illa manet con
stās nec blāda nec aspa curās. Hāc.

QUm hec puel Lectio. v.
la loqueretur imperator
vultus ipsius claritatem z uer/
borum constantiam admirans
ait: Si nostrorum philosopho/
rum gymnasijs o virgo erudiē
da persedisses: deorum nostro/
rū numina diuinitatis honore
uacua nequaqz astrueres. Duz
ergo nos incepta sacra peragi/
mus te interim oportet nos cu/
stodire quia nobiscum itura es
ad palatium z regijs honoran/
da muneribus si nostris acqui/
escas iussionibus. ℟. Virgo fla/
gellat cruciāda fame religat carcere
clausa manet lux celica fusa refulget.
Fragrat odor dulces cantant celi ag/
mina laudes. ℣. Spōsus amat spō/
sam saluator visitat illam. Fragrat.

HEc dicens ac Lectio. vj.
cersito clanculum nun/
tio misit litteras regio anulo si/
gnatas per infrafacentes prouin
cias ad omnes rhetores z grā/
maticos ut ad pretorium alexā
drinum eo studiosius occurrāt
quo imperator altis illos hono
ribus donandos promittit: tā/
tū si hanc temerariam cōciona/
tricem suis assertionibus supe/
ratam reddiderint. ℟. Horren/
do subdenda rotarum machinamen
to virgo deum clamat de celis ange/
lus astat. Ecce repētinam dat plebs
roteqz ruinam. ℣. Tanqz chalde/
is quondam formax babylonis. Ec/
ce. In tertio nocturno añ. Glo/
riosam virginem tyrannus flagella/
ri imperat ac cruciandā fame in car
cere reclusit: cui escam per columbā
christus fecit ministrari. ℣. Lanta
te. j. Añ. Illa deo cum agit grates
in tenebris lux emicat fragrat odor
vincens balsama adest vnctio ange/
lica: lacero corpori celestia adhibēs
medicamina. ℣. Domin⁹ regna
uit exultet. Añ. Cum cetu virgi/
neo aduenies saluator sponsus spon/
sam pie visitat consolatur z roborat
constans esto ait filia tecum ego sum
nil timeas. ℣. Cantate domino.
j. ℣. Elegit eam dominus. Septi
ma lectio de euangelio: Simi/
le est regnum celorum decem
virginibus. cum sua omelia. re
quire in communi virginum.
℟. O qz felices per te scissima plu/
res. Quos iubet occidi pro christo

turbidus hostis. ℣. Cum duce por
phirio fit martyr cesaris uxor. Quos

PEragratis ergo ꝓ/ L.viij.
uincie finibus regis nun
cius properanter alexādriā re/
uertitur: ducens secū quinqua/
ginta viros qui se in omni sapiē
tia mūdi excedere ultra omnes
asserebāt mortales. Interea vir
go sancta sub custodia seruaba/
tur: cui consilium regis de con/
flictu imminenti nunciabatur.
Ipsa ꝟo impterrita militie sue
agonem dño cōmendabat. ℟.
O mater nostra ter sancta quaterq;
beata. Cum prece deuota famulan/
tum suscipe uota. ℣. Iam christo iū
cta spōsoq; tuo decorata. Cū. L.ix.

CUi angelus domini ap/
paruit dicēs: Constāter
age grata deo puella quia tecuz
est dominus pro cuius honore
certamen inisti. Ipse affluentis
uerbi impetum fundet in os tu
um: cui aduersarij resistere non
preualebunt: sed insuper per te
conuersi ad christum cum pal/
ma martyrij vite ianuam introi
bunt. Sedente itaq; imperato/
re pro tribunali assunt oratores
pompose eloquētie fastu tumē/
tes. Astat ⁊ puella fidēs in dño.
℟. O christi pietas o virt⁹ atq; po/
testas virginis ex membris sacri fun
dit vnda liquoris. Unde fides egris
Infudit dona salutis. ℣. Virginis
ob meritū manet hoc memorabile si
gnum. Unde. ℣. Gloria patri ⁊ fi/
lio ⁊ spiritui sancto. Infudit. Pro/
sa. O christe virginuz gloria. Spon
sus palma ⁊ victoria. Te virgo bea/
ta cernit hodie katherina in pr̄is dex
tera. Obtinet ut sponsa tua gaudia.
Eius presta nobis per merita. Dona
sa. Ad laud. añ. Passionē glori/
ose virginis katherine deuota plebs
celebret fidelis qui sui memores deo
cōmēdat meritis ⁊ iuuat beneficijs.
ps. Dñs reg̃. deco. cuz rel'. Añ.
Post plurima supplicia martyr al
ma ad decollandum est ducta ad ce
lum manus oculos tendens collum
sub iugulo orat dans gloriam deo.
Añ. Expecto pro te gladiuz iesu rex
bone tu meum da paradiso spiritum
⁊ fac misericordiam meam agentib⁹
memoriam. Añ. Vox de celis into/
nuit ueni dilecta iam ueni intra tha/
lamum sponsi tui quod postulas im
petrasti pro quibus oras salui erunt.
Añ. Quia deuotis laudibus tua so/
lēnia virgo recolimus o beata kathe
rina ora pro nobis quesum⁹. ℣. Dif
fusa est gratia. Super bñ. añ. Be
nedictus dñs rex celestis qui per me
rita beate katherine virginis mede/
lā languidis prestat sanitatis ipsius
corporis oleo feliciter punctis. Ad
horas diei añe de lau. Cap̄. ℟ia
⁊ ℣. de virginib⁹. Oratio ut su/
pra. In secūdis uespis añ. Vir/
ginis eximie katherine martyris al/

me festa celebrare da nobis rex pie
christe. ps. Dixit dñs. cū rel. de
virginibus. Añ. Hec mundum
spernens ⁊ mundi florida ducēs pro
nihilo ueram studuit cognoscere vi-
tam. Añ. Cepit amare deū totūq;
relinquere mundum celica mēte pe
tens ⁊ christo semper adherēs. Añ.
Hanc piusut propriam sibi christus
sumere sponsam dignatus celi proue
xit ad atria summi. Añ. O q̄ miri
ficis deus ordinat omnia sanctis vir
ginibus magnos tribuens ex hoste
triūphos in quibus eternam meruit
katherina coronam. Cap. pro san
cto clemente papa de vno mar
tyre. R. Phebus ⁊ corneli⁹. Hy.
⁊ v. de vno martyre. Sup mgt
añ. Oremus omnes ad dominum
iesum christum ut confessoribus su-
is fontis uenas aperiat. Oratio.

DEus qui nos annua bea
ti clementis martyris tui
atq; pontificis solennitate letifi
cas: concede propitius ut cuius
natalitia colimus virtutē quoq;
passiōis imitemur. Per. Dein
de fiat memoria pro scā kathe-
rina cum añ. Aue gemma clarita
tis ad instar carbunculi: aue rosa pa
radisi more fragrans balsami: kathe
rina virgo felix gloriosa meritis assi-
stentes tuis festis celi iunge gaudijs.
v. Specie tua ⁊ pul. Oratio ut su
pra. Ad complet. cap. hym. v. ⁊
super nunc dimittis añ. de vno
martyre. Oratio ut supra. In fe
sto beati clemētis inuit. añe no
cturnales ps ⁊ v. de vno mar-
tyre. Passio sancti clemētis pa-
pe ⁊ martyris. Lectio. j.

TErtius romane ecclesie
presuit beatus clemēs papa qui
disciplinam apostoli petri secu-
tus ita morum hortamentis pol
lebat ut iudeis ⁊ gentilib⁹ ⁊ om
nibus christianis complaceret.
Diligebant enim eum gentiles
quoniam nō execrando sed ra-
tionem reddendo ex eorum li-
bris ⁊ cerimonijs ostēdebat ubi
nati ⁊ vnde nati essent hi quos
deos putarent ⁊ colerēt ⁊ quid
egissent uel qualiter defecissent
euidentissimis astruebat docu-
mentis: ipsos v̄o gētiles posse a
deo idulgētiā ꝯseq si ab eoꝝ cul
tura recederēt. R. Iste scūs ꝓ le.

IUdeoruz v̄o hoc Lec. ij.
ordine gratia utebatur q̄
patres eorum amicos dei assere
ret: ⁊ legem eoruz sanctam ⁊ sa-
cratissimaz memoraret in eo q̄
promissum abrahe non negarēt
in christo fuisse completuz idest
q̄ in semine abrahe deus hēdi-
tandas promiserit omnes gen-
tes: ⁊ q̄ dixerit ad dauid: de fru
ctu uentris tui ponam super se-
dē tuā. ⁊ q̄ per ysaiā cōfirmaue
rit: q̄ virgo in utero cōciperet ⁊
pareret filiū cuius nomē uoca-

bit emanuel. ℟. Just⁹ ger. L.iij.

A Christianis ꝟo ideo q̃z maxime diligebat q: singularum regionum inopes nominatim habebat scriptos ⁊ hos quos baptismi sanctificatione illuminauerat non sinebat publice fieri mendicitate subiectos. Quotidiana itaq; predicatione mediocres ac diuites cõmonebat ne paterent baptizatos pauperes a iudeis uel gẽtilibus stipem publicam accipere ⁊ vitaz baptismatis sanctificatione mũdam cibis gentilium inquinare. ℟. Desiderium. Lectio.iiij.

HIs ⁊ plurimis huiuscemodi predicationũ floribus pollens tam deo q̃z hominibus rationabilib⁹ cõplacebat irrationabilibus ꝟo placere nemo potest: quod de eo ꝓbat. Et ideo non timuerunt iniurias hominũ irrõnabiliũ hi q̃rũ ratio hec erat ut displicerẽt infidelibus ⁊ non timerent. ℟. Iste cognouit.

SIc factum est ut nec L.v. aurelianum nec sisinniũ: amicos imperatoris expauesceret clemens papa: cum ⁊ domicillam virginem neptem domiciani principis sponsam aureliani credentem christo ⁊ virginez sacro uelamine ad integritatis perseuerantiam consecraret: ⁊ theodoram sisinnij coniugẽ cõuersam a simulachris: deo castitatis propositum profiteri minime prohiberet. ℟. Stola. L.vj.

QUam vir suus in zelo ducens ecclesiam intrantez occulte prosecutus est studens audire ⁊ videre qd esset uel pro qua re uxor eius ad ecclesiam festinaret. At ubi a beato clemẽte papa oratio fusa est: ⁊ a populo dictum est amẽ: statim sisinnius cecus ⁊ surdus fact⁹ est. ℟. Coronã auream. Septima lectio de euangelio: Nemo accendit lucernam. cuz sua omel. regre in cõmuni ꝯfessoꝝ. ℟. Orãte scõ clemente apparuit ei agnus dei de sub cuius pede fons viuus emanat. Fluminis impet⁹ letificat ciuitatem dei. ꝟ. Uidi sup̃ montẽ agnũ stãtẽ de sub cuius pede fons viuus emanat. Flu.

TUnc dicit sisinni⁹ L.viij. ad ꝟuos suos. Tollite mecito ĩter manus uestras ⁊ foras eijcite quoniã oculi mei ceci facti sunt: ⁊ aures mee ita effecte sunt surde ut penitus nihil audire ⁊ videre preualeã. Pueri aũt eius gyrabãt cuz eo intus in ecclesia tota inter populos virorũ ⁊ mulierũ orantiũ: ⁊ ad ianuas vñ ingressi sunt ꝑuenire nõ poterãt. Sic factũ est ut gyrãdo in errorẽ cõuerterent ⁊ ad dñam suam ubi orabat deuz cum suo dño peruenirent. ℟. Dedisti dñe

habitaculum martyri tuo clemēti in mari in modum tēpli marmorei angelicis manibus p̄paratuz. Iter prebēs populo terre ut enarrent mirabilia tua. ℣. Hoc dñe ad laudez ⁊ gloriā nois tui fieri uoluisti. Iter. L.ix.

ET cum videret theodora seruos suos portātes dominū suum excecatum ⁊ in gyro in uanum laborantes: p̄mo quidem declinauit aspectuz ab eis putans eum apertis oculis se aspicere: ⁊ misit ex pueris qui cum ipsa erāt ut sciret quid ipsi uellent cum dño suo circūeuntes. At illi dixerunt. Dñs noster dum vult videre qd̄ nō licet ei videre ⁊ audire secretum inclytū excecatus ⁊ surdus effectus est. ℟. Phebus ⁊ corneli⁹ discipuli beati clementis dixerūt ad populum. Oremus omnes ad dominum ut ostendat nobis martyris sui corpus. ℣. Inuenerunt in moduz templi marmorei habitaculuz a deo paratum. Oremus. Ad laudes añ. Orante sancto clemente apparuit ei agnus dei. ps̄. Dñs regnauit deco. cum reliquis. Añ. Uidi supra montem agnum stantem de sub cuius pede fons viuus emanat. Añ. De sub cuius pede fons viuus emanat fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Añ. Non meis meritis ad uos me misit dominus uestris coronis participem me fieri. Añ. Oēs gentes per gyrum crediderunt christo domino. Super bñ. añ. Dedisti domine habitaculuz martyri tuo clementi in mari in modum templi marmorei angelicis manibus preparatum iter p̄bens pplo terre ut enarrent mirabilia tua. Ad horas diei añe de laudibus. Capitulum ⁊ ℟ia de vno martyre. Oratio ut supra. In secundis uesperis añe de laudibus. p̄s capl̄m hym. ℣. ⁊ super magt̄ añ. de vno martyre. Oratio ut supra. Ad cōpler. ut supra per totum. In vigilia sancti andree apostoli. Secūdū

IN illo tempore: ioannē. Stabat ioannes ⁊ ex discipulis eius duo: ⁊ respiciens iesum ambulantem dicit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentez ⁊ secuti sunt iesum. ⁊ reliqua. Omelia uenerabilis bede presbyteri.

TAnta ac talis est scripture diuine sublimitas: ut non solum uerba que a sanctis uel ab ipso domino dicta referuntur: sed etiam circunstantia rerum que simpliciter posita videtur spiritualibus sit plena mysterijs. Ecce enim narrāte euāgelio fratres charissimi audiuimus quia stabat ioānes ⁊ ex discipulis eius duo: ⁊ respiciens iesum ambulantem dicit: Ecce agnus dei. Ad nonam añ.

Maximilla chõ amabilis. Lañ.

Benedictio dñi sup caput iusti: ideo dedit illi hereditatem ⁊ diuisit ei partē in tribubus ⁊ inuenit grām in ꝓspectu oīs carnis. ℟. ⁊ ℣. de aplis.

Oremus omps Oro. deus ut beatus andreas apostolus tuum pro nobis imploret auxiliū: ut a nris reatibus absoluti a cunctis etiam periculis exuamur. Per. Ad uesperas ut in principio sanctuarij continetur per totum.

Explicit pars estiualis de scis.

De ueneratione beate marie virginis sm rubricam aquileiensem. Ad vs ps feriales. Cap.

AB initio ⁊ ante secula creata suꝫ ⁊ usqꝫ ad futurum seculuꝫ non desinam. ⁊ in habitatione sancta coram ipso ministraui. Re. Felix nãqꝫ. Hymnus. Aue maris stella. V. Specie tua. Super magt an. Alma redẽptoris mater que ꝑuia celi porta manẽs ⁊ stella maris: succurre cadenti: surgere qui curas pplm tu que genuisti natura mirante tuum sanctum genitorem: virgo prius ac posterius gabrielis ab ore sumens illud aue peccatorum miserere. Oratio.

COnce de nos famulos tuos quesumus dñe deus nr̃ ꝑpetua mẽtis ⁊ corꝑis sanitate gaudẽ. ⁊ gl̃iosa beate marie semꝑ virginis intercessione a p̃senti liberari tristitia ⁊ eterna ꝑfrui letitia. Per. Ad complet. cap.

EGo mr̃ pulchre dilectionis ⁊ agnitionis ⁊ scẽ spei: in me oĩs gr̃a vie ⁊ vitatis: in me omnis spes vite ⁊ vtutis. Hym. Virgo singularis. V. Diffusa. Sup nunc di. an. Pulchra es ⁊ decora filia hierusalem terribilis ut castroꝝ acies ordinata. Oro.

BEate ⁊ gloriose virginis marie quesumus dñe intercessio gloriosa nos ꝓtegat ⁊ ad vitaꝫ ꝑducat eternam. Per. Inuit. In honore beatissime virginis marie Jubilemus dño. ps. Venite. In primo noct. an. Ecce tu pulchra es amica mea ecce tu pulchra oculi tui colũbarum. ps de virginibus. An. Sicut liliuꝫ inter spinas sic amica mea inter filias. An. Fauus distillans labia tua sponsa ⁊ odor vnguentorũ tuorum sicut odor thuris. V. Specie tua. Absolutio. Precibus ⁊ meritis sanctissime dei genitricis marie saluet ⁊ ꝓtegat nos omnipotẽs pius pater ⁊ misericors dñs. Amen. Jube dõne benedicere. Alma virgo virginum intercedat pro nobis ad suum dilectum filiũ. Amen. Sãcta dei genitrix sit nobis pia auxiliatrix. Amen. Oret uoce pia pro nobis virgo maria. Amen. Sermo beati augustini epi. L. j.

CAstissimum marie virginis uterum spõse virginis clausum uentris cubiculum filij virginis signatum pudoris cenaculuꝫ: merito plenissime collaudarem si messem meterem quã non seminarem. Deniqꝫ sic dicit apostolus: Quecunqꝫ seminauerit homo: hec ⁊ metet. Verum est: omnino uerum est: hoc omnem hominem metere quod seminauit. Deus solus põt metere qd̃ non seminauit: sicut ⁊ ipse filius virginis in quadam euangelica le

ctione ait: Meto ubi non semi/
naui. ⁊ colligo ubi non sparsi.
℟. Bñdicta tu inter mulieres ⁊ be/
nedictus fructus uentris tui. Credi/
disti ⁊ pfecta sunt in te que dicta sunt
tibi a dño. ℣. Aue maria gratia ple
na dñs tecuz. Credidisti. Lectio.ij.

MErito tamen dilectissi/
mi miranda est saluato
ris nostri natiuitas: non solum
illa diuina de qua dictuz est: In
principio erat uerbum. sed etiã
illa humana de qua dicit euan/
gelista idem. Uerbum caro fa/
ctum est. Unde ⁊ propheta mi/
rãdo dixit: Generationem eius
quis enarrabit? Dicat tamen ip
sa virgo que peperit creatorem
suum ⁊ omnium reruz: nam ip/
sa nouit mirabilem hominis na
tiuitatem: inquantum est phas
homini nosse. ℟. Beatam me di
cent omnes generationes: quia fecit
mihi magna qui potens est. Et san/
ctum nomen eius. ℣. Et misericor/
dia eius a progenie in progenies ti/
mentibus eum. Et san. Lectio.iij.

DIcat ergo nobis maria ⁊
mater virgo de filio suo.
Ego te filium generaui: sed vir
ginitatem meam non violaui.
Regnum tenui virginitatis: ⁊
regem genui castitatis. Ingre/
dientem ⁊ egredientem habui
in palatio uentris filiuz impato
ris. ⁊ de mei manibus non ami
si clauem regni pudoris. Porta
facta sum celi: ianua facta sum fi
lio dei. Illa porta facta sum clau
sa: de qua in visione diuina in
me dicit ꝓpheta ezechiel: Uidi
portã in domo domini clausaz.
℟. Sup salutem ⁊ omnem pulchri
tudinem dilecta es a domino: ⁊ regi/
na celorum uocari digna es. Gau/
dent chori angeloruz cõsortes ⁊ cõci
ues tui. ℣. Paradisi porta per euã
cunctis clausa est ⁊ per mariam vir/
ginem iterũ patefacta est. Gaudent.
In secundo nocturno añ. Emis
siones tue paradisus malorum puni
corum cum pomoꝝ fructibus. Añ.
Fons hortorum puteus aquaruz vi
uentium que fluunt impetu de liba/
no. Añ. Talis est dilectus meus ⁊
ipse est amicus meus. ℣. Adiuua/
bit eam. Absolutio. Ipsius mise
ricordia ⁊ pietas nos adiuuet:
qui natus est de ꝟgine: qui cuz
patre ⁊ sancto spiritu viuit ⁊ re/
gnat in secula seculoꝝ. Amen.
Jube domne. Alma regina ad
preces nr̃as aures tuas inclina.

ET dixit mihi ange L.iiij.
lus: Porta hec quam vi/
des non aperiet̃ amplius ⁊ ho/
mo non transibit per eam: quo/
niam dñs solus intrat ⁊ egredie
tur per eam ⁊ clausa erit in eter/
num. Quid est: porta in domo
domini clausa: nisi quia semper
erit intacta? Et quid est: domi/

nus intrat ⁊ egredietur per eaz
nisi spiritus sanctus impregna/
bit eam: ⁊ angeloruz dñs nascet
per eam: Et quid est: clausa erit
in eternum: nisi quia erit maria
virgo ante partum ⁊ virgo post
partum: ℟. Beata mater ⁊ inta/
cta virgo gloriosa. Pia regina mun
di. ℣. Ora pro nobis ad dominum
quez genuisti. Pia. **Benedictio.**
Qui natus est de ygine: purget
nos ab omni crimine. Amen.

OJcat ergo maria: **Lec. v.**
Porta facta sum celi: ia/
nua facta sum filio dei. Ita fa/
cta sum ianua clausa quomo/
do post resurrectionez suam in/
gressus est dominus ad discipu
los suos per ostia clausa: quia
qui natus est ex uētre meo: ma
trem me dimisit intactam: adim
pleuit uentrem meum diuinita
te: ⁊ uteruz meū non euacuauit
castitate. ℟. Congratulamini mi/
hi oēs qui diligitis dñm: qz cuz essem
parunla placui altissimo. Et de me
is visceribus genui deum ⁊ hominē.
℣. Casta parētis viscera celestis in/
trat gr̄a uenter puelle baiulat secreta
que nō nouerat. Et. **Benedictio.**
Castitatem mētis ⁊ coꝛpis tribu
at nobis filius ygnis. Amen.

EXiuit de uētre meo **L. vj.**
giganteo cursu magnifi/
cus: ⁊ uenter meus non est pu/
dore uacuus: nec in cōceptione
inuenta suz sine pudore: nec in
parturitione inuenta sum cum
dolore. O mirandam laudabi/
léqz inter feminas: in qua est ab
angelo salutata ygnitas: que so
la est impgnata nec violata nec
uacuata: quia sic est ab angelo
salutata. Aue inquit gratia ple
na dominus tecum. Felix vm
bilicus castitatis: quem ample/
xus nō tetigit maritalis. ℟. Bau
de maria virgo cunctas hereses sola
interemisti que gabrielis archangeli
dictis credidisti. Dum virgo deum ⁊
hominem genuisti: ⁊ post partuz vir
go inuiolata permansisti. ℣. Gabri
elem archāgelum credimus diuini/
tus te esse affatum: uterum tuū de spi
ritu sancto credimus impgnatum: eru
bescat iudeus infelix: qui dicit christū
ex ioseph semine esse natum. Dum.
In tertio nocturno aī. Veni in
hoꝛtum meum soꝛoꝛ mea spōsa mea
messui myrrham meam cuz aroma
tibus meis. **Aī.** Veniat dilect⁹ me/
us in hoꝛtum suum ut comedat fru/
ctum pomoꝛ suoꝛ. **Aī.** Descēdi in
hoꝛtuz nucum: ut videre poma ual
liuz: ⁊ inspicerem si floruissent vince
⁊ germinassent mala punica: reuer/
tere reuertere sunamitis reuertere re
uertere ut intueamur te. ℣. Elegit
eam. **Absolutio.** A vinculis pec
catorū absoluat nos pius pater
⁊ misericoꝛs dominus. Amen.
Benedictio. Per euangelicaz

lectionem ⁊ beate marie virgi/nis intercessione det nobis dñs/ suam gratiam ⁊ benedictionē./ Amen. Secūdum lucā. L. vij.

IN illo tempore: Loquen/te ihesu ad turbas: extollēs/ uocem quedam mulier de tur/ba dixit ad ihesum: Beatus uen/ter qui te portauit: ⁊ ubera que/ suxisti. At ille ait: Quinimmo/ beati qui audiunt uerbum dei:/ ⁊ custodiunt illud. ⁊ rel'. Omelia uenerabilis bede p̄sbyteri.

MAgne deuotionis ⁊ fi/dei hec mulier ostendi/tur que scribis ⁊ phariseis dñm/ tēptantibus simul ⁊ blasfeman/tibus: tanta eius incarnationez/ sinceritate p̄e omnibus cogno/scit: tanta fiducia confitetur: ut ⁊/ p̄esentium ꝓcerum calūniā: ⁊/ futurorum confundant hereti/coruz perfidiam. Nam sicut tūc/ iudei sancti spiritus opera blas/femando uerum consubstantia/lemq; dei patris filiuz negabāt:/ sic heretici postea negando ma/riam semper ℣ginem sancti spi/ritus operāte virtute nascituro/ ex humanis membris vnigeni/to dei filio sue carnis materiam/ ministrasse uerum consubstan/tialemq; patris filium hominis/ fateri non debere dixerunt. ℟. Beata ⁊ imaculata virgini/tas: qui/bus te laudibus referā nescio. Quia/ quem celi capere non poterant: tuo/ gremio contulisti. ℣. Benedicta tu/ in mulieribus: ⁊ benedictus fructus/ uentris tui. Quia. B̄ñdictio. Lu/ius cōmemorationez colimus:/ ipsa intercedat p̄o nobis. Amē.

DEus qui scri/pſit mirabilia in lege sua:/ ipse fecit mirabilia que homini/bus sunt impossibilia. Mirabi/lia ergo dei in lege sua nōne le/gisti? Quare non intellexisti? O/ ipsa certe lex quam quotidie le/gis: sine graphio scripta est in ta/bulis lapideis. Lege ⁊ intellige:/ qp panem in heremo terra de ce/lo suscepit: cuius aratoz nullus/ in terrā semen induxit. ℟. Be/nedicta es maria que dominum poz/tasti creatorem mundi. Genuisti eū/ qui te fecit: ⁊ in eternū permanes vir/go. ℣. Aue maria gratia plena do/minus tecum. B̄ñdictio. Ad so/cietatē ciuiū supnoz: pducat nos/ dñs ad regna polorum. Amen.

ARga etiam aaron/ annis ficca q̄plurimis:/ sine aqua reuixit: in templo flo/ruit nuceſq; clausa sub tecto p/duxit. Qui ergo scripsit tabulas/ lapideas sine stilo ferreo: ipse/ grauidauit mariam spiritu san/cto: ⁊ qui panem p̄ebuit in he/remo sine aratione: ipse fecit pa/rere ℣ginem sine coꝛruptione:/ ⁊ qui fecit virgā sine pluuia ger

minare: ipse fecit virginem fine semine generare. Qui viuit ℣ regnat deus cum patre ℣ spiritu sancto per omnia secula seculorum. Amen. ℟. Felix namq; es sacra virgo maria ℣ omni laude digníssima. Quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster. ℣. Ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu: sentiãt omnes tuum iuuamen: quicunq; celebrant tuam commemorationem. Quia. ℣. Te deum laudamus. **Ad laudes añ.** Assumpta est maria in celum: gaudent angeli: laudantes benedicunt dominũ. **Añ.** Maria virgo assumpta est ad ethereum thalamũ: in quo rex regum stellato sedet solio. **Añ.** In odore vnguentorum tuorum currimus adolescentule dilexerunt te nimis. **Añ.** Benedicta filia tu a domino: quia per te fructum vite cõmunicauimus. **Añ.** Pulchra es ℣ decora filia hierusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata. **Cap.** Ab initio ℣ ante secula. ℣. Diffusa est gratia. **Super bñ.añ.** Rogamus te virgo virginum rogamus te dignissima superni regis porta: rogamus te mundi regina que sola meruisti esse ianua christi: ut pro nobis ad propriuz intercedas filium. **Oratio ut supra. Ad primam añ.** Assumpta est. **Capl'm.**

QUe est ista que ascendit ut aurora consurgẽs: pulchra ut luna: electa ut sol: terribilis ut castrorum acies ordinata. ℟. Christe fili dei viui. ℣. Qui natꝰ es de virgine. ℣. Dost partum virgo.

Oratio.

DEus qui virginalé aulam beate marie virginis in qua habitares eligere dignatꝰ es: da quesumus ut sua nos defensione munitos iocundos sue faciat interesse cõmemoratiõi. Per. **Ad tertiã añ.** Maria virgo assumpta est. **Capitulum.**

ET sic in syon firmata suz: ℣ in ciuitate sanctificata similiter requiem ℣ in hierlm potestas mea. ℟. Spe tua. ℣. Adiuuabit.

Oratio.

DEus qui salutis eterne beate marie ꝟginitate fecunda humano generi premia prestitisti tribue quesumus ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus per quã meruimus auctorem vite suscipere: dñm. **Ad sextam añ.** In odore vnguentorum tuorum. **Capl'm.**

ET radicaui in populo honorificato ℣ in partes dei mei hereditas illius. ℣ in plenitudine sanctoruz detentio mea. ℟. Adiuuabit eam. ℣. Elegit eã.

Oratio.

CUncede miseri cors deus fragilitati nostre presidiuz ut qui sanctissime dei genitricis ꝟginis marie memoriam agimus: eius auxilio ℣ intercessione a nostris iniquita-

tib⁹ resurgamus. Per eūdē. Ad nonam añ. Pulchra es ⁊ decora.

In plateis sicut cy/ namomum ⁊ balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatez odoris. ℟. Elegit eam. ℣. Diffusa est gratia. Oratio. Famulorū tuorum quesumus dñe. In secundis uesperis añe lauduz. ps de virginibus. Cap. hymn⁹ ℣. ut supra. Ad magt añ. Aue regina celorum: aue dña angelorū: salue radix sancta ex qua mūdo lux est orta: aue gratiosa super oēs speciosa: uale ualde decora. ⁊ pro nobis christū exora. Oro. Cōcede nos famulos tuos. ut supra. Ad completorium ut supra.

Manjka list [DD4] li pa je brez tekota.

Incipit cõmune sanctorũ ꝑm ꝯsuetudinẽ alme ecclesie Aquileiensis. In vigilia vnius apostoli. Secundũ ioãnẽ.

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis uera ⁊ pater meus agricola est. ⁊ reliqua. Omelia sancti

Iste locus augustini epi. euãgelicus fratres ubi se dñs dicit vitem ⁊ discipulos suos palmites: ꝑm hoc dicit ꝙ est caput ecclesie: nos quoqꝫ mẽbra eius: mediator dei ⁊ hoĩum qđ est christus iesus. Unius quippe nature sunt vitis ⁊ palmites: ꝓpter quod cum esset deus cuius nature non sumus: factꝰ est homo ut in illo esset vitis humana natura: cuius ⁊ nos homines palmites esse possemus. Ad nonam añ. In patiẽtia uestra. Cap.

Beatus vir qui inuentus est sine macula: ⁊ q post auruꝫ non abijt: nec sperauit in pecunia ⁊ thesauris. Re. ⁊ v. de

Concede apl'is. Oratio. nobis omnipotẽs deus: ut sicut apostoli tui. N. natalitia ꝑuenimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam ipse pro nobis preueniat. Per. In vigilia plurimoꝝ apostoloꝝ

Ieuãgeliũ. Scdm matheũ

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Nihil opertum quod non reuelet: ⁊ nihil occultum quod non sciat. ⁊ rel. Omel. beati hieronymi ꝑsbri.

Quoniam in presenti seculo multorum vitia nesciunt. Sed de futuro tempore scribitur: quando iudicabit dñs occulta hominum ⁊ illuminabit letebras tenebrarum: ⁊ manifesta faciet consilia cordium. Et est sensus. Nolite timere ꝑsecutorum seuitiam: ⁊ blasfemãtium rabiem: quia ueniet dies iudicij in quo ⁊ uestra virtus ⁊ eoꝝ neqtia demonstrabit. Tu. Ad nonã añ. In patiẽtia uestra.

Iustoꝝ anime in Capl'm. manu dei sunt ⁊ non tanget illos tormẽtum malitie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Re. cum suo v. ut supra. Oratio.

Concede quesumus opꝫ deus: ut sicut apl'orũ tuoꝝ. N. ⁊ N. gl'iosa natalitia ꝑuenimus: sic ad tua bñficia ꝓmerẽda maiestatẽ tuã pro nobis ipsi ꝑueniant. Per. Ad vs añ. Estote fortes in bello: ⁊ pugnate cũ antiquo serpente: ⁊ accipietis regnũ eternũ all'a. ps. Laudate pueri dñm. cuꝫ re-

Fratres: liquis ps. Cap. iam non estis hospites ⁊ aduene: sed estis ciues sanctoꝝ ⁊ domestici dei supedificati sup

fundamētuz apostoloꝝ ⁊ ꝓphe/
tarum. ℟. Fuerūt sine querela añ.
Hymnus. Exultet celum lau/
dibus. ℣. In omnē terrā exiuit so
nus eorū. ℟. Et in fines orbis terre
uerba eoꝝ. Super magt añ. Ecce
ego mitto uos sicut oues in medio lu
porū: estote ergo prudētes sicut serpē
tes ⁊ simplices sicut colūbe. Oro.

Exaudi dñe ppl'm tuū cuz
sancti apostoli tui. N. pa/
trocinio supplicātē ut tuo semp
auxilio secura tibi possit deuo/
tiōe ꝑuire. Per. Si fuerint plu
res. Sup magt añ. Isti sunt viri
sci quos elegit dñs in charitate nō fi/
cta: ⁊ dedit illis gl'iā sempiternā quo
rū doctrīa fulget ecclīa ut sol ⁊ luna.

Deꝰ qui annua scō Oro.
ruz apl'oꝝ tuoꝝ. N. ⁊. N.
solēnitate letificas: p̄sta ut quoꝝ
gaudemus meritis instruamur
exēplis. Ad cōplet. cap. Ibant
apostoli gaudentes a conspec.
Hymnus. Quoꝝ p̄cepto subdi
tur. ℣. Annūciauerūt. Sup nūc
dimittis añ. In patiētia uꝛa. Ad
matut. inuitat. Regē apl'oꝝ dñm
Uenite adoremus. ps. Uenite ex.
In p̄mo noct. añ. In oēm terrā
exiuit sonꝰ eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre
uerba eoꝝ. ps. Celi enarrāt. Añ.
Clamauerunt iusti ⁊ dñs exaudiuit
eos. ps. Bñdicā dñm. Añ. Con
stitues eos p̄ncipes sup oēm terram
memores erūt nominis tui dñe. ps.
Eructauit. ℣. In omnē terram.
Sermo sci augustini epi. L. j.

Si omniū sanctoꝝ marty/
ruz grata nobis debet esse
solēnitas fr̄es charissimi: quāto
gratior eoꝝ qui p̄sentem secuti
sunt p̄ncipē martyruz. Si agno
rum: q̄zto magis arietuz. Illoꝝ
enim filij non gn̄atione carnis:
sed imitatione ꝟtutis facti sunt
oēs qui posterius usqz ad mor/
tem ꝯfessi sunt christū. Hos ob/
tulerūt ppl'i gētiū de qbꝰ psalmi
sta añ cātauit dicēs: Afferte dño
filios arietum. ℟. Ecce ego mitto
uos sicut oues in medio luporū dicit
dñs. Estote ergo prudentes sicut ser/
pentes ⁊ simplices sicut colūbe. ℣.
Dum lucem habetis credite in lucē
ut filij lucis sitis. Estote. Lectio. ij.

His p̄mū dñs cum ad cō/
fessionē sui nois exhorta
ret: non soluz se ꝓmisit victorie
coronatorem: sed ⁊ certaminis
adiutorē: etiā in ipsis ⁊ posteros
ammonebat quomodo qd di/
cebat scriptum posteris derelin
quebat. Illis ergo ait exhortās
eos: Cum aūt adducent uos ad
p̄ncipes ⁊ potestates nolite co/
gitare qd respondeatis aut qd
loquamini. Nō enim uos estis
qui loquimini: sed spiritus pa/
tris uestri qui loquit in uobis.
℟. Tollite iugum meum dicit domi
nus ⁊ discite quia mitis sum ⁊ humi

lis corde. Jugum enim meum suaue est ⁊ onus meum leue. ℣. Et inuenietis requiē aīabus uestris. Juguz.

Meditari uetuit ⁊ cōfiteri precepit. Maluit enim auferre presumptionem humanam ⁊ gratiam dare diuinam: ut in semetipsis timidi ⁊ in deo essent audaces. Vñ ⁊ in alio psalmo uox martyrū dicit quasi ex parte humane fragilitatis uerendo. Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab insurgentibus in me libera me. Et paulo post auxilio diuino confidens dicit: Fortitudinem meam ad te custodiam. ℟. Duz steteritis ante reges ⁊ presides nolite cogitare quomodo aut qd loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. ℣. Non enim uos estis qui loquimini: sed spirit⁹ patris uestri qui loquit̄ in uobis. Dabitur. In secundo noct. añ. Principes populorum congregati sunt cum deo abraham. ps. Omnes gentes. Añ. Dedisti hereditatem timētibus nomen tuum dñe. ps. Exaudi deus depreca. Añ. Annūciauerūt opera dei ⁊ facta ei⁹ intellexerūt. ps. Exaudi deus orationem meam cum depre. ℣. Constitues eos. Sermo eiusdem augustini episcopi. Lectio. iiij.

